


11 to 7 1/2



Eldorado  
Sociedad  
de Reminiscencias  
del Ancianato



12-11.874

DEFENSIO

NOBILIS CAVSÆ  
HONOLDINÆ,

TRIBVS ANTEA SENTENTIIS  
(Q VARVM VLTIMA LATA FVIT  
in auditorio Cæsaris) similiter iudicataꝝ, sed à  
doctissimis aliquot posteà viris publicè,  
frustrà tamen oppugnatæ.

AVTHORE

MATTHÆO HAYMANNO  
V. I. D. ET INClyTAE REIPVB.  
urbis AVGVSTANÆ patriæ sua,  
Consiliario & Aduocato.

Cum gratia & priuilegio Cæsareaꝝ Maiestatis.

INGOLSTADII  
APVD DAVIDEM SARTORIVM.

Anno M. D. LXXX.

del Colegio N.

DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. 2º. C. 22 N. 3º

AMPLISSIMO REIP.  
AVGVSTANÆ II. VIRO  
ANTONIO CHRISTOPHO-  
RØ RHOELINGERØ

MATTHAEVS LAYMAN S. D.



ERVETVSTVS mos fuit apud antiquos scriptores, et qui hodiè à recentioribus magis etiam frequentatur, vir amplissime, vt monumenta ingenij sui, vel summis principibus, vel claris & præpotentibus aliquibus viris, & interdum etiam amicis suis dedicarent. Quod cū alij aliis de causis faciant, eorum tamē ineptissimam esse rationem, qui hoc consilio proceribus scripta sua dicare soleant, vt ab iis defendantur, rectè scribit excellens Iurisconsultus Io. Ronchegallus (à quo ego in collegium Doctorum cooptatus fui) in epistola dedicatoria elegatis sui tractatus, quem emisit de duobus reis constituendis. Nō enim ut maleficia coërcere, ita etiam iustas reprehensiones malè scriptorum inhibere, in eorum potestate est, qui summum rerum fastigium

a 2 tenent.

tenent. Ego verò cur tibi, vir amplissime, hanc defensionē fideicommissi Honoldini potissimum inscriberem, duas habeo causas: Prior est, nō vt ea quę pro illo hīc dicuntur, consummatissimo tuo iudicio nūc demùm probares, & exinde aliorum reprehensiones nō extimescerem, sed quia potissima argumenta, quibus fideicommissum istud defenditur, iam pridem mecum examinaueris, & ab insigni scientia tua iuris nostri ( quam nobilissima & patricia familia tua Rhölingerorū iam multis ab hinc annis ferè propriam in hac vrbe sibi vendicat) clara & expedita esse mihi demonstraueris potius, quàm à me inuēta approbaris. Altera est, quia tota hæc controuersia fideicommissaria ad te ipsum, & vxorem tuam D. Magdalenam lectissimam fœminam, propriè pertinet: itaq; non solùm imperitè, sed etiā non sine flagitio ( vti Impp. nostri sanciunt ) alterius titulum inscriberem, quàm eius, cuius res est. Accipe igitur, vir amplissime benignovt soles animo, qualemcunq; istum laborem meum, quem in defendenda hac causa, obæquitatem eius, libenter suscepi, & proptereà publicum facio, vt exempta ex aliquorū etiam doctissimorum homi-

hominum animis finistra opinione, quam ipsis responsa contraria antehac edita infuderant: manifestè omnibus constet, & de iustitia huius causæ, & quod aduersarij pessimo ad alios exemplo, priorum iudicium tres conformes sententias (non sine suggillatione supremi fori Cæsarei) tām publicè scriptis oppugnare, quàm etiam causam ipsam sub prætextu rei anteà malè iudicatæ denuò instaurare, temerè ausi fuerint, quamuis omnes eorum interpretandi rationes, quas ad exterminandum hoc fideicommissum adferunt, receptis alioquin Doctorum opinionibus aduersentur, & repugnant. Itaque non est dubium, quin patefactis tandem eorum artibus & tergiuersationibus, hæc lis propediem legitimum suum finem acceptura sit: nc frustrà partibus ius redditum esse dicatur, si eius nulla foret exequatio. Benè vale, vir amplissime, quem Bono publico huius vrbis Deus Opt. Max. diu in column nobis conseruet.

# THEMA CVM BREVI ANALYSIS TOTIVS CONTROVERSIÆ.

**J**OANNES HONOLDVS ciuis Augustianus, Pe-  
tro fratre suo hærede instituto, cùm adhuc Magda-  
lenam sororem & ex Sabina sorore prædefuncta ne-  
ptem Sabinam, nec non Sebastianum fratrem, & ex  
eo Christophorum, Marcus, & Magdalena, nepotes & neptem  
haberet, dum singulis diuersa legata relinqueret, hunc morem obser-  
vauit, quod ubique in dispositionibus uteretur vocabulis gradū ipsum  
signatibus: Conditiones autem, quas substitutionibus apposuit, ver-  
bis amplioribus & collectiuis prescriberet; scilicet si honorati sine de-  
scendentis linea hæredibus decederent. Verum cùm Sebastiano fratri  
vsum fructum sedecim millium aureorum in auro, et eorundem pro-  
prietatem, tam filiis ipsius prænominatis, quam omnibus aliis, quos  
relicturus esset, legaret, atque eos in uicem reciprocè substitueret, con-  
ditionem, si sine liberis &c. omisit. Accidit autem, quod Christo-  
phorus, viuete adhuc patre Sebastiano, nullis relictis liberis dece-  
ret, cuius legati partem Marcus & Magdalena superstites ex sub-  
stitutione suscepserunt: Post quem obiit Sebastianus pater, itaque  
ambo eius filij Marcus & Magdalena omnes paternas & mater-  
nas facultates inter se ex aquo diuiserunt, connumeratis inter eas,  
ex ignorantia fideicommissi, etiam his sedecim millibus aureorum.  
Deinde Marcus liberos suscepit, atque iis relictis decepit: unde ori-  
tur quæstio, utrum Magdalena soror superstes rectè fideicomis-  
sum petat, an vero à Marci liberis tanquam tacite in conditione  
positis excludatur?

Resolutio huius quæsti non usque, adeò difficilis est, quia Magda-  
lenam substitutam Marci liberis non excludunt ex conjectura pietatis,  
quam cessare in testamento extranei vulgo receptum est. gl. in l.  
cum acutissimi. ff. & C. de fideicomiss. de quo infra num. 108.

Nec proferri possunt D. Magdalena quasi testator illos ad por-  
tionem patris sui alias vocauerit; nullibi enim eos verbate testamenti  
compre-

comprehendunt, imò expresse excludunt, cùm testator in prefatione  
reciproca, plurib. adiectis verbis taxatiuis, illos ipsos filios succedere  
iussit, quos Sebastianus relicturus esset, sed illi in hunc casum (vt-  
potè post eius mortem concepti) non sunt nati. l. commodissime. ff. de  
lib. & posthum. l. cognatis. ff. de reb. dub.

Sed nec tertia haec consideratio multum eos adiuuat, quod testa-  
tor in reliquis legatis, propter adiectam semper conditionem, si sine  
descendentibus hæredibus &c. cuiusque posteritatiprouidere visus sit,  
quam etiam in hac reciproca repetendam esse aequitas persuadeat:  
Quia responso est, in hoc toto legato, de quo est controuertia, nulla alia  
adesse verba nisi certum gradum exprimentia, itaque eiusmodi condi-  
tionem ibi potius consultò omissam fuisse, per d. l. commodissime. De-  
inde regulare est, quod conditiones voluntariae, qualis est illa, si si-  
ne &c. non extendantur ab uno casu ad alium. it add. in l. Gallus. §.  
& quid sit tantum ff. de lib. & posthum. et receptissimum esse testatur  
Hieron. Gabrielius. con. IIII. num. 10. Tertio, quia ex eo ipso, quod hac  
conditio, si sine liberis &c. alibi apposita, hic verò omissa est, eviden-  
ter colligitur, testatori notum fuisse effectum huius clausulae, & quod  
studiosè eam hoc loco non ascripserit. l. unica. §. sin autem ad deficien-  
tis. C. de caduc. toll. Quam rationem interpretandi voluntatem te-  
stantis medullarem esse, & omnes prudentes iudices ad eam aduer-  
tere debere, inquit Lancelotus Politus ad Socyn. Iun. con. 128. num.  
262. lib. 1. & idem Socyn. con. 100. num. 17. vol. eod. scribit omnes fe-  
rè celebriores Iurisconsultos Italiæ comprobasse hanc doctrinam. Ista  
autem omnes interpretationis regula vehementer coadiuantur ex  
ipsius testatoris prefatione, dum ab initio hanc contestationem pre-  
mittit, se discretas & præcisas dispositiones facere. l. 1. ff. ad Mace-  
don. l. regula. §. licet. ibi, initium constitutionis demonstrat. ff. de  
iur. & facti ignor.

Prohibitio autem, ne Sebastianus pater ex legata pecunia quic-  
quam alienet, nec non exclusio parentum à legitima & tripartitio-  
ne (ex quibus duobus fontibus omnes conjecturandi rationes aduer-  
sary hauriunt) non restringenda reciproca, sed amplianda eius gra-  
tia,

ria, à sollicito testatore adiecte sunt. l. quod fauore. C. de legib. Cum prohibitio tantum propter certo gradu vocatos à testatore facta sit, Dec. con. 636. num. 8. & 9. Cephal. con. 17. num. 24. & egregie Meæoch. con. 173. num. 62. Exclusio verò parentum non fuerit finalis causa reciproca. l. demonstratio. §. quod autem. ubi Barto. num. 13. ff. de cond. & demon. l. 1. & l. 2. §. finali. ff. de donation. Nec apposita inodium eorum, ut in casu l. Codicilli. §. matre. ff. de leg. 2. sed bona mente introducta l. si patronus testamento. §. si quis non mala. ff. de bon. libertor: Ruin. con. 149. num. 8. Hyppol. Rimini. con. 82. nu. 14. Itaq; tam prohibitionem alienationis, quam exclusionem parentum adiecit testator, non ut quò minus, sed ut quò magis admitterentur substituti. l. 3. §. si emancipatus. ff. de bonor. possess. contratab. vnde non debet aduersus substitutam obseruari, quod pro ipsa excogitatum est. l. 3. §. Diuus. ff. de Carbo: edicto.

Deniq; substitutio reciproca in primi decedentis Christophori persona (vti volunt aduersarij) consumpta non fuit, quandoquidem duplex illa distributiva, si quis ante alium, wan ains vor dem anderen / attribuit unicuiq; actum in solidum, nec ad primo tantum decedentem restringitur, sed exponitur pro quicunq; Barto. in l. hoc articulo. ff. de hered. instit. Alex. con. 109. vol. 7.

Vltimò ex diuisione nulla remissio fideicommissi regulariter inducitur. l. cum pater. §. hereditatem. il. 2. ff. de leg. 2. cum id diuidentes eo tempore, sicuti ex confessione aduersariorum constat, ignorarent. l. tres fratres. ubi gl. vltima, in princ. ff. de pactis. & parta diuisionis de hereditate tantum paterna & materna ab intestato obueniente loquantur, & sic ad relictæ ex testamento alterius trahinon possint. l. non est ferendus. l. de his. l. qui cum tutoribus. ff. de transactione.

TESTA-

# TESTAMENTI VERBA GERMANI CA ITA HABENT.

**I**n dem Nam'en  
Gottes des Vatters / vnd  
des Sons / vnd des heiligen Geists  
Amen. Ich Hans Honoldt / Bur-  
ger zu Augspurg / Bekenne mit dis-  
sem Brieze / Libellssweis / vnd thue kundt aller maß-  
nigflich/

Darnach schick / schaff vnd legier ich/ Suppres-  
sus fuit  
hic arti-  
culus ab  
aduersa-  
wie vnderschiedlich / vnd bedingflich  
hernach volgt.

**I**n Röslich / als ich hieuor meiner lieben Schwester riis in-  
Magdalena / Antoni Rüdolffs Ehlicher Wir, pforum  
kin/ ain tapffere Summa/ nämlich ain Tausent gul-  
din zu Heyrathgüt / zu den andern zwan Tausent gul-  
din / die jhr / vnd mein liebe Mütter salige / jhr auch zu  
Heyrathgüt bezalt / darzu ferier noch drey Tausent  
guldin zu gemeltem ihrem Ehemann / vnd also vier  
Tausent guldin / von meinem aignem Gut vnd Gele- editione.

b gege-

gegeben hab / laut des Heyratbriues / Damoch aus  
sonderer Brüderlicher lieb vnd freundschafft / schick  
vnd schaff ich ijr darzü drey Tausent guldin Reinischer  
in Holt / oder Holtswert / mit nachfolgendem geding/  
Nämlich / daß obgedachter Antoni Rudolff ijr Ehe-  
wirt / an solchem geschick der jetztgemelten drey Tau-  
sent guldin / so ich ijr jetzt verschaff (ungeachtet aller  
Ordnung vnd Gebräuch zu Augspurg oder anderst-  
wo) nichts haben / noch gewarten soll / sonder von sol-  
chem jetztgemelten Geschick vnd Legat der drey Tau-  
sent guldin / ganz abgesondert vnd aufgeschlossen seyn  
vñ bleiben soll / Also / daß / wo gemelte mein liebe schwie-  
ster / vor ihme Rüdolff ihrem Ehwirt / ohn Eheleib-  
liche absteigender Linien Erben / todts verschiede / daß  
alßdann obengemelte Geschäftsumma oder Legat /  
der nächstbemelten drey Tausent guldin / ohne mittel /  
auff meine Eheleibliche Geschwisterget / oder wo  
meiner Geschwisterget ains oder mehr vor mir todts  
verschieden wäre / (wie dañ mein liebe Schwester Sa-  
bina Rehlingerin / diser zeit todts verschieden ist) oder  
in künftig todts vor mir abgienge / der verstorben Ge-  
schwistergette kinder / die meinen todtsfall erleben wür-  
den / sampt mein / in leben beleibenden Geschwisterget-  
ten / alle zu gleichen Thailen / in die Häupter erblich  
kommen vnd volgen soll / Doch mit disem nachfolgen-  
dem ferrem geding vñ widerfall / daß / wo gemelter  
meiner lieben Schwester Sabina Wilhalm Rehlin-  
gerin

gerin säliger kinder / alle auch ohn Eheleibliche / abstei-  
gender Linien Erben / vor ihrem Vatter todts abgeben  
wurden / daß jetztgenanter ijr Vatter Wilhalm Reh-  
linger daran gar nichts erben noch fähig oder gewähr-  
tig seyn soll / Es sey vermainte Legitima / Dritthailung /  
Nutzung oder Uigenthumb / darin nichts aufgenom-  
men / dann ich shren Vatter / in dem allem vñnd iedem  
ganz absondere / Sonder des jetztgemelten Geschicks  
ganze Summa / der drey Tausent guldin / soll im Ali-  
genthumb vnd Nutzung vngeschmäler / auff andere  
meine Geschwisterget (so in leben wären) vnd der ver-  
storben Geschwistergetten kinder zu gleichen Thailen /  
alle inn die Häupter (wie oben) erben / volgen vñnd  
kommen sollen.

Begäbe sich aber / daß obgemelte mein Schwester  
Magdalena Rüdolffin / bey jekigem ihrem Ehwirt /  
oder künftig / in anderer / dritter oder mehr Chen / Ehe-  
leibliche kinder überfām / vnd nach ijr in leben verließ /  
So soll oftgemelts Geschick auff dieselbigen ihre Ehe-  
leibliche kinder allain gefallen / in Nutzung vnd Uigen-  
thumb bleiben / Also / daß Antoni Rüdolff / oder an-  
dere / ijr Eheleiblicher Vatter / inn dem weder Legiti-  
mam / oder ainiche Verwaltung / Administration /  
Dritthail noch andere Thail / daran haben noch ge-  
wartet soll / sonder gänzlich / vnd gar daruon aufge-  
schlossen vnd abgeschieden seyn / vnd bleiben soll / derges-  
talt / daß es von ainem Kind auff das ander erben  
soll / Und wo sie alle ohn Eheleibliche / absteigende Er-  
ben

ben verschiden/dafß gar nichts daruon auff ihren Vat-  
ter/sonder alles widerumb / auff andere meine Ehe-  
leibliche Geschwisterget/vnd Geschwisterget kinder zu  
gleichen Thailen/gänzlich erben vnd gefallen/wiemir  
dann die Recht das zugeben / Dieweyl ichs ainem  
Landtfrembden schaffen möcht/in welchem fall / diser  
ihr Vatter gar kein Legitimam/noch Administration/  
noch Nutzung gehaben möcht.

Ferner schaff ich Sabina Rehlingerin/gedachter  
meiner lieben Schwester Sabina Rehlingerin saliger  
Eheleiblichen gelassen Tochter/vnd jetzt Christoffen  
Rehlingers Ehelichen Haussfrauwen / mein Behau-  
nung zu Augspurg/ am Weinmarckt /diser zeit zwis-  
schen des Erbarn Raymundi Fuggers/vnd Hansen  
Grymmen saligen Wittib Häusern gelegen/vn darzu  
drey Tausent guldin Reinischer in Goldt/oder Goldts  
werth/in ihr handt / doch mit disem ausgesprochnen  
geding/dafß ihr Vatter / Wilhalm Rehlinger daran/  
weder Administration/Nutzung/Legitimam/Thail/  
noch Genieß haben/ gewarten/ noch fähig seyn soll.  
Wo aber jetztgedachter meiner Schwester saligen  
Tochter Sabina genannt/des ernennten Christoffen  
Rehlingers Eheliche Haussfrauwo vor oder nach ihrem  
Vatter Wilhalm Rehlinger / ohne absteigende Ehe-  
leibliche Erben todts abgieng/ Alsdann soll das obge-  
melte Haus am Weinmarckt/vnd darzu gemelte Le-  
gierte summa Guldin auff andere meine Geschwister-  
get/

get/vnd geschwisterget Kind zu gleichen thailen / wie  
oben gemelt/in die Häupter/oder/vn die nicht in leben  
wären/auff andere meine nechste Erben/im die Häus-  
pter folgen / vnd werden / ihne Wilhalmen Rehlin-  
ger abermalen aufgeschlossen / wie ich dann im nech-  
sten Geschick vnd Articul / vor disem/da ich meiner lie-  
ben schwester Magdalenen des Antonien Rudolffs  
eheliche haussfrauwo / die dreitausent Gulden geschafft/  
des gemelten Wilhalmen Rehlingers halben / solches  
auch weiter geordnet hab / welches ich hicher gezogen/  
vnd also auch von worten zu worten widerumb geord-  
net/ auch ernewert wil haben. Deszgleichen ist dieses  
Geschicks vnd Legats halben/ so ich/wie oben gemelt/  
des Haß / vnd der bestimpten dreitausent summa  
Guldin halben/Sabinen Rehlingerin/jetzt Christof-  
fen Rehlingers ehemaliche haussfrauwo / vnd meiner lieben  
schwester Sabinen eheleiblicher Tochter / gethon hab/  
auch mein wil vnd ordnung / so dieselb Sabina Reh-  
lingerin / vor ihrem jetztigen/ oder ainem andern fünfs-  
tigen ehemann / ohn eheleiblich Erben / mit todts ab-  
gieng / Oder das sie Sabina Rehlingerin/ mit ihrem  
jetzigen ehemann / Christoffen Rehlinger / oder ainem  
andern ihrem ehemalichen mann / Kinder überkommen/  
vnd sie Sabina vor / oder nach denselbigen ihrem ehemal-  
mannen/todts abgieng/ vnd ains oder mehr dersel-  
ben eheleiblichen Kinder hinder ihr verlassen würde/  
Auch derselben Kinder ains oder mehr/ darnach sturz-  
ben/vnd etliche in leben beliben / Oder das der Kinder

ains oder mehr / oder alle / vor ihren eheleiblichen rech-  
ten Vätern absturben / vnd also die Väter / sie die  
Kinder ains oder mehr / oder sie alle / überleben wür-  
den / Das es alßdann in allen vnd jeglichen jetzt ge-  
melten / vnd andern fällen / des angezeigten Haß/  
vnd der dreitausent summa Guldin halben / ihr fruw  
Sabinen Rehlingerin verschafft / in aller der gestalt/  
vnd massen / gehalten / vnd vollzogen werden soll/  
wie solches in denselben vnd andern fällen hicoben  
des Geschick's vnd Legats / der dreitausent Guldin  
halben / meiner lieben schwester Magdalenen / An-  
toni Rudolffs haufffrau / durch mich beschehen / von  
mir angezaigt / vnd geordnet ist / welches ich dann hie-  
her dises meines Geschick's halben / der offtgemelten  
Sabina Rehlingerin gethon / Also auch von wor-  
ten zu worten ernewret / geordnet / vnd geschafft  
wil haben.

Darnach schaff vnd schick ich Narren vnd Chri-  
stoffen / den Honoldten gebrüdern / vnd Magdalene  
ihrer schwester / alle meines lieben brüders Sebastian  
Honoldts eheleibliche Kindern / so er dieser zeit in leben  
hat / auch allen seinen eheleiblichen Kindern / die er inn  
künftig bei jekiger seiner ehewirtin / oder andern sei-  
nen künftigen eheweibern chelich überkommen wird/  
zu gleichen thailen / im aigenthumb / vnd ihres Va-  
ters / meines lieben brüders Sebastian Honoldts ab-  
sterben / auch in nutzung / vnd aigenthumb / Nemlich  
sechzes

sechzehentausent Guldin Reutischer in Gold / doch als  
so / daß gemelter mein lieber brüder Sebastian sein le-  
benlang / die Abnutzung von solcher seinen Kindern ge-  
schaffter summa Guldin / alle jar jährlich empfahen /  
vnd als ander sein aigen güt die Nutzung frey gebrau-  
chen solle / vnd mage / von seinen Kindern / vnd me-  
riglich von irentwegen vnuerhindert / Vnd solche  
summa Guldin Hauptgüts / soll er mein brüder Se-  
bastian nach / vnd mit rath / vnd gütbeduncken sei-  
ner vnd meiner Gesipten / schidlichen verständigen  
freunden / an gute gewisse Zins / es sey auff guten ligen/  
den Erbe / oder aigen Gütern / oder ben dapffern / redli-  
chen statthafften vermögenden Gesellschaftern / oder  
Handelsleuten / mit gebürlicher versicherung vnd  
verschreibung des Hauptgüts vnd der Zins / anlegen /  
Daran ihne meinen brüder / seine Kinder / mit nichts  
verhindern sollen noch mögen / Er gedachter mein brü-  
der soll auch nit schuldig seyn / offtgemelten seinen Kin-  
den (so er jeko in leben hat / oder künftig überkommen)  
von dises Geschick's Hauptsumma (allweil er in leben  
ist) einicherlan zugeben.

Doch soll er mein brüder Sebastian / nicht macht  
noch gewalt haben / das Hauptgüt dises Geschick's  
zuuerschen / zuuerpfänden / zubeschwören / zuerküm-  
mern / zuuerkauffen / zuuerschicken / zuuerschaffen /  
noch in ainig ander wege / wie das immer erdacht /  
oder

oder fürgenommen werden möcht / zuueräussern / er  
hab / oder verlasse Kinder oder nit.

Dann so er Kinder verlassen wurde /  
sollen dieselbigen / wie gemeldt / vnd her-  
nach bedingt wirdt / erben / Nemblich / wo  
ains seiner Kinder vor dem andern ab-  
sturbe / soll desselben verstorben Thail / auff  
seine bleibende geschwisterget gänzlich  
vnd gar im Eigenthumb / So ihr Vatter  
Sebastian Honoldt inn leben seyn wurd /  
wo aber er Sebastian ihr Vatter abge-  
storben wäre / im Eigenthumb / vnd Nu-  
bungen folgen / vnd erben / vnd ihr Vat-  
ter mein brüder Sebastian / vnd sein ehe-  
wirtin ihr Mütter / ainige Legitima daran  
haben / noch von solcher geschickter Haupt-  
summa ainigerlā fähig seyn / noch bege-  
ren sollen.

Verließ aber er Sebastian mein brüder kein ehe-  
leiblich Kind / so soll alsdann nach seinem absterben /  
dieses Geschicks in der Hauptsumma / vnd Nutzung /  
auch am Eigenthumb vngeschmälert / auff meine / vnd  
seine

seine geschwisterget / vnd geschwisterget Kinder / zu  
gleichen thailen / alle in die Häupter (allermassen / wie  
ich oben von meiner schwester / vnd der gestorben ge-  
schwisterget Kinder geordnet hab ) erblichen gefallen /  
folgen / vnd werden / iezgemelts meines lieben brü-  
ders / Sebastians iehiger oder künftiger ehefrauwen /  
in Legitima drittthailung Administration / Nutzung /  
vnd anderm daruon gänzlich vnd gar aufgeschlos-  
sen / vnd abgeschieden / dann ihr oder ihnen daruon  
nichts folgen / noch werden soll / Ungeachtet aller  
Recht / Statuta / vnd Gebräuch / wie vnd wo die  
wären / vnd statt hetten / wo ich dieses mein geschäfft  
nicht gethon het / alles bey nachgesetzter Peen / als mir  
dann die Recht also zuthün zugeben.

Diesweil nun auch auf ordnung der Rechten / des  
Erben eynsatzung vnd benennung / ain wesentlich  
Stück ains Testaments ist / vnd ich über oben ver-  
hafste Legata , ain erbarige Marung zuuerlassen ver-  
hoff / Demnach benenn / sek / vnd instituier ich mir / inn  
vnd zu meinem rechten / gewisen / währen / vnd wissent-  
lichen Erben / aller vnd ieder übermaß / so ich über be-  
zahlung meiner Schulden / Auch über obgemelte Le-  
gata , verlassen wird / es sey an Gelt / Waaren / auf-  
ständige Schulde / Waarschafft / Silbergeschirr / Kla-  
not / Klaider / Wär / Hausrath / Geschirr / Häusern /  
Höfen / Hoffstätten / ackern / Wiesen / Wanden / Höls  
c Kern /



Kern/Weyhern/Wassern/Rechten/vnd Gerechtig-  
keiten/ auch allen/ vnd ieden andern ligenden/ vnd  
farend beweglichen/ vnd unbeweglichen/ oder sich  
selbs bewegenden Haab vnd Gütern/ vnder vnd  
ob Erden/ganz vnd gar/nichts aufgenommen/noch  
hündan gesetzt/ gedachten meinen lieben brüder/ Peter  
Honoldt/ Soferz er anderst meinen todtsfall erleben  
wurd/ Wo er aber vor mir verschiede/ im selben fall/  
will ich seine eheleibliche Kinder/ so er iezzo hat/ Nemb-  
lich/ Hansen Honoldt/ Reginen vnd Annen/ seine  
schwesterlach/vnd andere seine Kinder/ so er in fünff-  
tig überkomme/ zu gleichen thailen/ allermassen ich  
ihne meinen brüder Peter ehygesetzt hab/ zu mein wi-  
sentlichen Erben Instituiert haben/ Doch in beden fäl-  
len mit diesen beschwerden/ vnd aufzusprechenlichen ge-  
dingen/ Nemblich dasz in seinem leben/ vnd nach sei-  
nem tod/ sein iezige/ oder andere seine nachkommende  
eheliche wirtin/ es wäre aine/ oder mehr/ so vil er ehe-  
lich überlähm/ an diser Erbschafft/ oder meinen gelassen  
Gütern der Nutzungen/ vnd Algenthumbs halben/  
weder dritthail/ noch andere thail/ vnd anfall (wie  
die von Statuten/ oder Gebräuchen geordnet wären/  
oder wurden/ vnd immer erdacht werden möchten)  
haben fähig/noch gewertig seyn sollen/ sonder dariouon  
abgesündert/ vnd aufgeschlossen seyn/ vnd bleiben  
sollen/ vnd alle/ vnd jede solche mein vnuerschickte  
gelassne Erbschafft/ auff absterben meines lieben brü-  
ders

ders Peter Honoldts/ auff seine eheleibliche Kinder/  
soul deren seinen todtsfall erleben würden/ gänzlich  
vnd gar/ erblich gefallen solle/ zu gleichen thailen/  
vnd ihrer müter daruon weder legitimam/ noch drit-  
thail/ oder andere thail zuziehen/ noch zunemen macht  
haben/ sonder ganz vnd gar/ daruon aufgeschlossen  
seyn/ vnd bleiben/ auch darüber ganz kain adminis-  
tration/ noch verwaltung haben sollen/ vnd ferre  
der gestalt/wo ieztgemelts meines lieben brüders Peter  
Honoldts Kinder/ ains/ oder mehr/ vor dem andern  
ohne eheleibliche absteigender linien Erben/ todts ab-  
gieng/ so soll desselbigen verstorben thail/ auff seine  
von beeden handen eheleibliche/ inn leben bleibende ge-  
schwisterget allain gefallen/ vnd ihrer müter/ dar-  
uon weder legitimam/ dritthail/ noch anders folgen/ noch  
werden/ sonder dariouon des Algenthumbs/ vnd der  
Nutzung halben/ vnd sonst in allweg geschidet/ vnd  
abgesündert seyn/ vnd bleiben/ Wo aber ieztgemelts  
meines brüders Peters Kinder ohn eheleibliche abstei-  
gende Erben/ alle todts verschiden/ alsdann soll dise  
mein gelassne Erbschafft auff andere mein geschwi-  
sterget/ vnd geschwisterget Kind (allermassen oben/  
von den andern Legaten geordnet ist) gefallen/ folgen/  
vnd werden/ offtgedacht meines brüders Peters/  
gelassner wittibin abermalen/ dariouon ganz vnd gar  
aufgeschlossen vnd abgesündert/ dann sie sollen we-  
der legitimam/ noch dritthail/ oder anders dariouon

zugewarten haben / Will also gedachten meinen brü-  
der / seine Kinder / vnd meine Gesipten / jetztgehör-  
ter maß / Instituiert / vnd auff die widerfall  
Substituiert haben / alles in cräff-  
tigister form.



IN

Hec verba testamen-  
ti nos ad euitadas ca-  
uillationes καταπόσας  
& ruditer sic verti-  
mus, securi in hoc ex-  
plū Molinæ, in ipsius  
cōfilio pro duce Vil-  
la Hermosæ.



N NOMINE DEI  
Patris, & Filij, & Spi-  
ritus sancti, Amen. Ego  
Ioannes Honoldt. cuius  
Augustanus fateor tenore presentis  
chartæ, in formalibelli, & notum fa-  
cio omnibus &c.

Suppressus fuit hic arti-  
culus ab Aduersariis in  
iporum editione.

Posthæc mando, iubeo, & lego,  
vt deinceps discretè & expressè  
sequitur.

PRIMO cūm iam antehac dilecta sorori mea  
Magdalena Antonij Rodolphi uxori satis  
magnam pecuniæ summam, nempè mille florenos  
dotis causa, ad alia duo florenorum millia, qua  
eius & mea dilecta mater pia memoria, ipsi etiam  
dotis causa numeravit, & insuper adhuc tria  
millia florenorum ad prædictum suum maritum,  
atq; ita quater mille florenos de meis propriis bo-  
nis & pecuniis dederim, quemadmodum tabula  
matrimoniales testantur: tamen ex singularifra-  
aterno amore & benevolentia mando, & lego ipse  
adhac, tria millia florenorum Rhenensum in au-  
ro, aut in valore auri, cum sequente conditione,  
nominatim, ut supradictus Antonius Rodolphus

ipsius maritus ex hoc legato iam nominatorum  
trium millium florenorum, quæ ipsi sorori mea  
nunc legauit, non attentis ullis ordinationibus &  
consuetudinibus Augustanis, vel aliorum loco-  
rum, nihil habere, aut expectare, sed ab eo iam di-  
cto mandato & legato istorum trium millium flo-  
renorum planè semotus, & exclusus esse, & ma-  
nere debeat, ita, ut si predicta mea dilecta soror  
antè ipsum Rodolphum maritum suum sine heredib-  
us corporis & ex legitimo matrimonio natis  
in descendente linea moreretur: tunc predicta  
mandata summa vel legatum proximè dictorum  
trium millium florenorum immediatè ad meos  
germanos fratres & sorores, vel si ex meis fra-  
tribus & sororibus unus vel plures antè memor-  
te deceſſissent (quemadmodum dilecta mea soror  
Sabina Rehlingerina hoc tempore mortem obiit)  
aut in futurum antè me decederent: ad mortuo-  
rum fratribus & sororum filios, qui mihi super-  
stites futuri erunt, & simul ad viuentes fratres  
& sorores meas omnes, aequalibus partibus inca-  
pita hereditario venire, & eos sequi debeat, cum  
hac tamen sequente ulteriore conditione, & casu  
reuertende, ut si predicta mea dilecta sororis Sa-  
bina VVilhelmi Rehlingeri uxoris, pia memoria,

filiij

filiij omnes, etiam sine heredibus corporis & ex le-  
gitimo matrimonio natis in descendente linea antè  
patrem suum morituri essent: tunc predictus eorum  
pater VVilhelmus Rehlinger ex eo omnino nihil  
hereditare vel capere, aut expectare debeat, siue  
sit putativa legitima, tripartitio, ususfructus,  
vel proprietas: Nihil in eo excepto, quandoquidē  
eorum patrem ab his omnibus & singulis omnino  
separo, sed iā predicti mādati tota summa trium  
millium florenorum debet in proprietate & usu-  
fructu non diminuta ad alios fratres & sorores  
meos (qui viuerent) & ad mortuorum fratribus  
et sororum filios aequalibus partibus omnes in ca-  
pita (ut suprà) hereditarie venire, et eos sequi.

Si autem cōtingeret, quòd predicta soror mea  
Magdalena Rodolphina apud presentem mari-  
tum suum, aut deinceps in secundo, tertio, vel ul-  
teriore coniugio filios ex corpore suo in matrimo-  
nio natos, habitura, aut post se viuos relictura  
esset: tunc sapè dictum mā datum ad eosdem ipsius  
sororis mea ex corpore eius in matrimonio natos  
filios solos, et quoad usumfructum, & quoad pro-  
prietatem, cadere et permanere debet, ita, ut An-  
tonius Rodolphus vel ceteri ipsorum legitimis &  
naturales patres, in eo nec legitimam, nec ullam

curam,

curam, administrationem, tertiam vel aliam partem habere aut expectare, sed ab eo in totum exclusi et segregati esse, et manere debeant, hoc modo, ut id ab uno filio ad alium hereditare debeat. Et si omnes sine heredibus corporis et ex legitimo matrimonio natis in descendente linea decederent: ut omnino nihil ex eo ad eorum patrem, sed totum rursus ad alios meos germanos fratres et sorores, et horum filios, pro aequalibus partibus integrè hereditare et cadere debeat, prout iuram huiusmodi cōcedunt, siquidem istud etiam planè extraneo relinquere possem: quo in casu iste eorum pater omnino nullam legitimam aut administrationem, aut usumfructum habere posset.

Praterea mando Sabina Rehlingerina predicta mea dilecta sororis Sabina Rehlingerina pia memoria ex corpore suo in matrimonio genita et relictæ filia, et nunc Christophori Rehlingeri legitima uxori, domum meam Augustæ in foro vinario etc. et insuper triam illa florenorum Rhenensium in auro, aut valore auri ad ipsius manus, cum hac tamen pronunciata conditione, ut ipsius pater VVilhelmus Rehlingerus in eo nec administrationem, usumfructum, legitimam, partem vel emolumenntum habere, expectare vel eius capax esse

esse debeat. Sed si iam memorata sororis mea, pia memoria, filia Sabina dicta predicti Christophori Rehlingeri uxor, antè vel post suum patrem VVilhelnum Rehlingerum, sine descendantibus heredibus corporis et ex legitimo matrimonio natis moreretur: extunc predicta domus in foro vinario, et insuper prænominata legata summa florinorum ad alios meos fratres et sorores eorum de quibus filios, aequalibus partibus, ut suprà dictum est, in capita, aut si ipsi non in vita essent, ad alios meos proximos heredes in capita perueniat, eamque habent, VVilhelmo Rehlingero ab eo legato denuò excluso: sicuti hoc ipsum in proximo legato, et articulo, cum dilecta sorori mea Magdalena Antonij Rodolphi uxor illa triam illa florenorum legarem, de VVilhelmo Rehlingero prolixius etiam ordinavi. Quod hic quoque repetitum, et de verbo ad verbum iterum ordinatum et renouatum esse volo.

Pariter etiam de hoc legato, de quo suprà dictum est, nempè de predicta domo, et tribus milibus florenorum, Sabina Rehlingeræ nunc Christophori Rehlingeri uxori, et dilecta sororis mea Sabina naturali et legitima filia à me legatis, voluntas et ordinatio mea hac est, ut si ipsa Sabina

d

ancè

antè præsentem, aut antè alium futurum māritū suū, sine heredibus corporis & ex legitimo matrimonio natis moreretur: vel si eadem Sabina Rehlingerina apud modernum maritum suum Christophorum Rehlingerum, vel apud alium suum legitimū maritū, filios procrearet: & ipsa Sabina antè vel post maritos suos decederet, & mortua unum vel plures ex suis filiis, ex corpore suo in matrimonio natis, post se relinquere, et ex iisdem filiis unus vel plures postea morerentur: & aliquot superstites manerēt: vel si ex filiis unus aut plures, aut omnes antè suum naturalem & legitimū patrem morerentur, et ita eorum pater unus vel pluribus vel omnibus filiis superstes foret: tūc in his omnibus & singulis iam dictis, et ceteris casibus, quantum ad prefatam domum, et tria milia florenorū ipsi Domina Sabina Rehlingerina à me legata attinet, idem omnimodo & forma obseruandum & exequendum erit, quod & quemadmodum hoc in illis ipsis & aliis casibus supra mandati & legati trium millium florenorum ratione dilecta sorori mea Magdalena Antonij Roldolini uxori per me facta, à me indicatum atque ordinatum est. Quod itaque ego huc istius legati mei causa sapè dicta Sabina Rehlingerina faciat.

Et,

Et, itidem quoquè de verbo ad verbum renouatum, ordinatum, & preceptum esse volo.

Postea mando & lego Marco et Christophoro Honoldis fratribus, & Magdalena ipsorum sorori omnib. dilecti fratris mei Sebastiani Honoldi filiis ex eius corpore in matrimonio genitis, quos hoc tempore viventes habet, et etiā omnibus eius filiis corporalibus in matrimonio natis, quas in futurum cū præsente sua legitima uxore, vel ceteris suis futuris legitimis coiugibus in matrimonio habiturus est, ad aquales partes in proprietate: et post patris eorundem dilecti fratris mei Sebastiani Honoldi mortē, etiam in usufructu & proprietate, nempe sedecim millia florenorū Rhenensium in auro, ita tamē, ut predictus meus dilectus frater Sebastianus vita sua tempore usumfructū istius filii suis legata summa florenorum quotannis recipere, & tanquam ceteris suis propriis bonis liberèuti. & frui debeat et possit, à filiis suis et quocunq; eorum nomine non impeditus. Atq; hanc capitalem summam florenorum debet ipse dilectus frater meus Sebastianus de consilio et arbitratu suorum et meorum discretorum et prudentium consanguineorum, ad bonos certoscens, sive super probis immobilibus emphyteuticis aut allodialib. bonis, sive apud

d 2

egre-

egregias, integras, amplas & opulentas societas  
vel mercatores, sub idonea cautione, et obligatio-  
nes sortis et censuum collocare. Quia in re ipsum fra-  
trem meum sui filij nullo modo impedire debeant  
nec possint. Ipse quoque prefatus frater meus non te-  
neatur sapientis filii suis, quos nunc viuetes ha-  
bet, aut deinde habiturus est, de hac legata sortis  
summa, quoad viuet, quicquam dare: Sed tamen  
ipse meus frater Sebastianus nullam facultatem  
vel potestatem habere debet, istam sortis lega-  
ta summam obligandi, pignori dandi, onerandi,  
nectendi, vendendi, legandi, mandandi, nec ul-  
la alia via, quomodounque illud excogitari aut  
institui posset, alienandi. Sive habeat ipse vel re-  
linquat filios vel non: Nam si ipse filios relictu-  
rus esset, illi ipsi sicuti dictum est & subsequen-  
ter praeinitum erit, succedere debet nominati-  
tim, si quis filiorum eius ante alium morcre-  
tur: tunc ipsis præmortui portio ad suos super-  
stites fratres & sorores integra & tota in pro-  
prietate, quod eorum pater Sebastianus Ho-  
noldus in viuis foret: Sin ipse Sebastianus pa-  
ter ipsorum mortuus fuerit: in proprietate &  
usufructu hereditariè peruenire debet, & ipsorum  
pater meus frater Sebastianus, & eius uxor  
ipsorum

ipsorum mater ullam legitimam in eo habere, aut  
legata huius summae sortis, subulla qualitate ca-  
paces esse, vel eam petere debeant. Sin autem ipse  
frater meus nullos ex corpore suo in matrimonio  
natos filios relinquere: tunc post mortem eius hoc  
legatum in capitalisumma & usufructu, & in p-  
rietary quoque non diminuta, ad meos & ipsius fra-  
tres, sororesque, & eorundem filios aequalib. partib.  
omnes in capita, (omni modo, quemadmodum ego  
super de mea sorore, & præmortuorum fratrum &  
fororum filii disposui) hereditariè perueniat, ac-  
cedat, & ipsi habeant, iam dicti dilecti fratris mei  
Sebastiani moderna aut futura uxoris. à legiti-  
ma, tripartitione, administratione, usufructu &  
ceteris plane & penitus excludendis & segregandis.  
Nam ipsi vel ipsis ex eo omnino nihil accedere aut  
habere debeant, non attentis, quibuscumque iuribus  
statutis & consuetudinibus, qualiacumque & ubi-  
cumque illa forent & locum haberent, si ego hoc meum  
legatum non fecisset, omnia sub infrâ positâ poena,  
quemadmodum iura mihi ita facere permittunt.

Quandoquidem etiam ex dispositione iurium  
heredis institutio et nominatio, substantialis pars  
sit testamenti, & ego spero, me ultra suprarelictâ  
legata honestas facultates effereleturum: Idcirco

nomino, pono, et instituo ego mihi meum rectum certum, verum, et manifestum haredem omnis et uniuscuiusque residui, quod ego ultra solutionem meorum debitorum, etiam ultra supra dicta legata relicturus sum, siue sit in pecunia, mercibus, nominibus non solutis, numerato argento, cleindis, vestibus, armis, suppellectile, instrumento, edibus, curiis, areis, agris, pratis, pascuis, sylvis, piscinis, aquis, iuribus et actionibus, et omnibus aliis et singulis stabilibus et erraticis, mobilibus et immobilibus, aut seipsa mouentibus facultatibus et bonis infra et supra terram, plane nullis exceptis, neq; sepositis, predictum dilectum fratrem meum Petrum Honoldum casu, quo mihi superstes fuerit: Sin vero ante me decederet, in tali casu volo ex corpore ipsius in matrimonio natos filios, quos nunc habet, nominatim Ioannem Honoldum, Reginam et Annam eius sorunculas, et alios ipsius filios, quos ipse in futurum haberet, pro aequalibus partibus ita plane, sicut ego ipsum meum fratrem Petrum institui, haredes meos manifestos institutos esse: in utroq; tamen casu cum hoc onere et expressa conditione: nominatim, ut in ipsius vita et post eius mortem, praesens eius, aut alia eius futura coniuges, siue sit una siue plures, quotcunq; in matrimonio

trimonio habiturus esset, in hac hereditate vel meis relictis bonis, ratione ususfructus vel proprietatis, nec tertiam, nec aliam partem, et delatos causus (quocunq; modo illa a statutis vel consuetudinibus ordinatae essent aut ordinarentur et unquam excogitari possent) habere, capaces esse, vel experitare queant, sed ab iis segregata et exclusa esse et manere debeat. Ac omnis et qualibet mea relata, et alius non legata hereditas post mortem Petri Honoldi dilecti fratri mei, ad filios ex corpore suo in matrimonio natos, quocunq; ex ipsis mortis eius casum vita asequunturi essent integra et tota aequalibus partibus hereditarie peruenire debeat, et ipsorum mater ex ea nec legitimam, nec tertiam, nec aliam partem detrahere aut capere possit, nec detrahendi vel accipiendo potestatem habeat, sed ab ea penitus exclusa esse et manere, et in iis plane nullam administrationem vel potestatem habere debeat. Et praterea hoc modo, si ex iam nominati dilecti fratri mei Petri Honoldi filii unus vel plures ante aliis sine heredibus corporis et ex legitimo matrimonio natis in descendente linea morerentur: tunc pramortui istius portio ad eius utring; coniunctos fratres et sorores superstites solos perueniat, et eorum matri ex ea nec

ea nec legitima, tertia pars vel aliud accedat, aut  
 habeat, sed ab ea & proprietatis & ususfructus  
 ratione, & alias in omnem casum separata & se-  
 gregata esse, & manere debeat. Sed si iam dicti fra-  
 tris mei Petri filij omnes sine hereditibus corporis,  
 & ex legitimo matrimonio natis, in descendente  
 linea morte decederent: tunc hac mea relictam ha-  
 reditas ad alios meos fratres & sorores & eorum  
 dem filios (eo planè modo, quo superius de aliis le-  
 gatis ordinatum est) deferri, accedere, & habere,  
 & ipsorum fieri debet: saepe dicti fratris mei Petri  
 reicta vidua iterum ab ea hereditate omnino &  
 penitus exclusa et segregata: Nam ipsa ex ea nec  
 legitimam, nec tertiam partem, nec aliud quic-  
 quam expectare debeat. Sic igitur volo predictū  
 fratrem meum, eius filios, et meos consanguineos  
 iam auditō modo institutos et in casum re-  
 uersionis substitutos esse, omnia in  
 forma efficacissima.

• 250



## SVMMA

## S V M M A R I A.

1. Una pars testamenti declarat alteram.
2. Restitutio in integrum erroris proprij venia petitionem, vel ad-  
uersarij circumventionis allegationem continere debet.
3. Appellatio iniquitatis sententia querelam continere debet.
4. Ut lites ex litibus excident, concedi paribus non debet.
5. Qui iuris consulti in sententiam huius consilij responderint.
6. A verbis testatoris non est recendum, nec coniecturis cuius-  
libet voluntas aliqua, quam verba non ferunt, afferenda & nu-  
119. 339. 362. 365.
7. Coniecturarum scrupulosa indagatio est periculosa & captiosa.  
& infrā nu. 183. & 338.
8. Ex coniecturis, quatenus voluntas testatoris colligenda, in arbi-  
trio iudicantium est.
9. Legis scripta ratio que sit, arbitrio iudicis sapientis relictum est.
10. Interpretatio voluntatis defuncti curia relinquenda.
11. Aduocati iudicibus, qui contra ipsorum postulata decernunt,  
non debent aduersari.
12. Rei iudicata magna apud omnes debet esse auctoritas.
13. Dubium non dicitur, pro quo est regula.
14. Clarum est & apertum, quod communi opinione est firmatum.
15. Interpretari ultimas voluntates, periculosa res est, & quare.
16. Unde testantium mens & voluntas elicienda.
17. Ratio seu modus communis consilia scribendi.
18. Verborum interpretatio nunquam tantum valere debet, ut  
melior sensu existat.
19. Clara non habent opus interpretatione, nec coniecturis. & nu.  
150. 231. 244. 410
20. Verba taxativa diligenter sunt consideranda, ubi de eorum no-  
tabilibus effectibus.
21. Natura verbi, ipsem, remissuē.
22. Verborum relatiuorum adea, quæ præcesserunt, & quæ sequen-  
tur, natura & vis que sit.

## S V M M A R I A.

23. Ex proœmiis ratio amplificanda, restringenda & declaranda dispositio sumi debet, & num. 121.
24. Nominativum relictum, nominativus vocatus, quomodo intelligatur.
25. Particula expositiva, scilicet, videlicet, nempè, Germanice Nemlich / vim præcisam habent.
26. Vtrum fratres & personæ certorum graduum, vel familia, cognatio seu posteri vocentur, plurimum interest, remissiuem.
27. Capita legati in hoc casu controuersi que sint.
28. Argumentum à sufficienti partium enumeratione optimum est in iure.
29. Verba legati subtiliter & diligenter sunt consideranda.
30. Nominationes tribus modis sunt, vel nominibus collectivis, vel appellatiis, vel propriis.
31. Nomen liberorum est collectivum, è generale ac latè patens, atq; est posteriorum, descendantium, familiæ, stirpis, &c. de quibus infrà num. 33. vers. omnis autem.
32. Filiorum appellatio an & quatenus nepotes complectatur, & infrà post num. 34. vers. Quamvis. & num. 37. 224.
33. Difficilius admittitur transmissio, quam quodliberi censeantur in conditione esse positi.
34. A nomine restricto ad certum gradum seu personam, non recte extenditur dispositio ad alios.
35. Nepotem profratris filio sumi, ridiculum est.
36. Sensus l. Lucius Titius qui fratem ff. de hered. institit.
37. Agnatorum appellatio multò latius patet quam filiorum, unde quog; suprà num. 31.
38. Coniectura una tollit alteram, urgenter & probabilior infirmorem. & infrà num. 158.
39. Termini, quos ipse testator discrevit, non sunt confundendi.
40. Non possunt diversa appellations pro synonimis accipi, quibus testator diuersos effectus attribuit.
41. Testator in dispositione sua usus vocabulo descendentiū, filios aut in conditione ponens, non censemur eos pro synonimis habuisse.
42. Quan-

## S V M M A R I A.

42. Quando verbum, quod vel latam vel strictam interpretationem recipit, in aliqua dispositione simpliciter ponitur, quomodo exaudiendum sit.
43. Testator, qui in aliqua parte testamenti vocavit nepotes filios filiorum, poste in alia parte proferens verbum filiorum simpliciter, non censemur de nepotibus cogitasse. & infrà num. 162.
44. Facto legato nominativi filii fratri sui, non debent subintelligi nepotes eius.
45. Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu loquendi verba exaudienda sunt, & si. vers. vtcung.
46. Appellatione Kinder / consuetudine Germaniae intelliguntur tantum, qui sunt primi gradus & infrà num. 161. 345.
47. Doctori insigni de communi usu aliquid afferenti credendū est.
48. Vocabulum Figliuoli, Italis significat primi gradus filios.
49. Pronomen IPSE habet præcism, & veluti personalem demonstrationem eius rei, cui adiicitur.
50. Patruus simpliciter appellatus, quare de patruo magno intelligi non debat.
51. Quando verba, eheleibliche Kinder / tractum futuri temporis habent, an de nepotibus quoq; sint accipienda, & antenu. 53.
52. Secundum suum idioma quoq; verba sunt intelligenda.
53. Substitutio facta de filiis alicuius, non inuenit locum in filiis, qui non erant nati nec concepti tempore quo dies substitutionis cedit, & quare.
54. Verba testamenti hæc, filii, quos reliquerit &c. omnino se referunt ad tempus mortis testatoris.
55. Verba huiusmodi testatoris, cum Titius liberos habuerit. Et, si cum liberis discesserit, aut liberos reliquerit, an idem importent.
56. Quando mentio fit filiorum, adiecta aliqua qualitate, quam nepotes non habent, tunc appellatione filiorum nunquam contineri possunt nepotes.

S V M M A R I A.

57. Casus quem Castrensis in conf. 410. vol. i. & Alex. conf. 5. lib. 3. tractant, ab hoc diuersos esse ostendit.
58. Vocatio ordinis successivi inter quos locum habeat.
59. Qui initio sunt exclusi, nunquam admittuntur.
60. An vocatio successiva, quae ex vocabulis collectiis aliquando colligitur, sit perpetua.
61. Non est verisimile, nec solent testatores vocare cognatos in perpetuum.
62. Liberilegatariorum an representent personam patris sui, & in eius locum ingrediantur.
63. Facilius in iure conceditur transmissio, quam inducatur vocatio propria.
64. Sic cognatio vel familia aliqua vocetur in genere, tunc filii subintrant locum patris & succedunt: sed vulgariter tantum & semel, idem in fratre. 124
65. Si certi gradus personarum vocantur, cessat representatio.
66. Error Tiraquelli existimantis, etiam vocatis proximiорibus locum esse fictione representationi gradus paterni, demonstratur ex Couarruia, & num. 113.
67. In legato relicto familiae, primū admittuntur nominati, seu propriis nominibus vocati.
68. In reliquo a patre magno proximiор testatori admittitur, exclusis fratrum filiis, & minimè cum amita superstite concurrentibus.
69. Conciliatio glossa & Baldi pugnantium circa sensum l. cum ita. §. infideicommisso. ff. de leg. 2.
70. In concurso filiorum, qui nati erant tempore mortis testatoris, vel evenientis conditionis, semper preferuntur nati ante iis, qui post, & quare.
71. Ad fideicommissum prius admittuntur magis dilecti, quam minus dilecti.

72. In

S V M M A R I A.

72. In reciproca substitutione, defuncto fratri suo per expressionem certi gradus substitutus, prefertur eius filius.
73. Satis nominari videtur, cuius persona sub aliquo certo gradu naturaliter designatur.
74. Institutio & substitutio conformiter, atq; una ex alia est interpretanda.
75. Cum ex verbis demente testatoris constat, cessant presumptioes.
76. Substitutio certi gradus, facta unicuique defuncto ex vocatis, omnem spem transmissionis & successionis ex persona defunctorum prorsus tollit, cessante nimis representatione.
77. Coniectura voluntatis testantium legitimè non sumuntur ex presuppositis, quæ in facto non acciderunt & num. 136.
78. Id debet presupponi, quod in facto videmus.
79. Casum Socyni in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 10. & 11. ff. ad Trebell. diuersum esse ab eo, qui hic tractatur, evidenter ostenditur.
80. Positi in conditionem, qualēm qualem defuncti voluntatem profēbant & num. 369.
81. Vitiosè colliguntur conjectura ab eo, quod testator non expressit.
82. Decisio Socyni in d. §. cum ita. nume. 11. communiter damnatur.
- Coniunctus venit iure accrescendi, excluso iure transmissionis, etiā non esset substitutus. ibid.
83. Quando testator substituit coniunctum, voluit ius eius augere.
84. In substitutionibus reciprocis, verba hac, cum liberos habuerit &c. nihil disponunt.
85. Ridicula est hac argumentatio: Alienatio est prohibita in favorem substitutorum: Ergo etiam positorum in conditione. & num. 173.

83

86. Non

S V M M A R I A.

86. Non entis nulla sunt qualitates, & num. 422.
87. Qui prior gradu, potior est iure.
88. Non potest in uno eodemq; gradu dari ordo successuum, sed inter dispares gradus.
89. Nomen proximiores, non est collectuum.
90. Casum Parisy in consil. 77. & 78. lib. 2. diuersum esse à nostro, ostenditur.
91. Quis sit verus huius causa status, & quomodo aduersarij cum inuertere conatisint. & num. 106.
92. Natura canillationis est, rem ab euidenter veris ad euidenter falsa perducere.
93. Successio testamentaria exclusua est eius, que ab intestato defertur.
94. Positos in conditione non esse vocatos ex testamento, communiter receptum est, & quarè. ibid. & num. 102. & 173. 352.
95. Duo specialia circa idem non debent concurrere.
96. Prouiso hominis facit cessare prouisionem legis.
97. Interest defuncti, ceteris paribus, habere potius successorem ex testamento, quam ab intestato.
98. Qui se dicit exclusum, prius se inclusum, hoc est, vocatum esse, doceat necessum habet.
99. Privatio presupponit habitum, amissio acquisitionem. & numero 307.
100. Socyni consil. vlt. lib. 1. quod callide aduersarij euitat, in terminis terminantibus est decisum huius questionis.
101. In questione, de liberis positis in conditione principaliter controuertitur, an tales liberi excludant substitutum non è contraria.
102. Positi in conditione cur non censeantur etiam votati.
103. Substituti exclusio est liberorum in conditione positorum inclusio, permisiva scilicet non dispositiva.

104. Con-

S V M M A R I A.

104. Conditio, si sine liberis, quatenus fauore liberorum apposita esse censeatur.
105. Questio illa, an aliquis sit ex personis, que ex presumpta mente testatoris excludant substitutum, symbolizat cum materia. l. cum auus. & num. 145.
106. Cum quid meum esse pronunciatur, simul & ex diuerso pronunciatur, tuum non esse, & num. 144.
107. Conditio, si sine liberis, in testamento alterius, quam descendens, regulariter non intelligitur, & num. 140.
108. Ab Andrea Barbatæ opinionibus caueant sibi indices, & quare.
109. Omnis conditio, qua resultat ex verbis et dispositione testamenti sumenda est proscripta & expressa.
110. Dispositio. l. cum auus, cum sit exorbitans, non est extendenda, & num. 130. & num. 441.
111. Argumentum à paritaterationis, non procedit in exorbitantibus, & num. 395.
112. Omnis dispositio in dubio censetur pura, non conditionalis.
113. Quando vocatur proximior ad successionem, filius uti proximior prefertur nepoti ex alio filio premortuo.
114. Vocatio proximorum suorum heredum, excludit positum grandum, scilicet heredum in genere.
115. Casus omissus aliter venire non potest, nisi ex consequentiacionecessaria eorum, que in testamento expressa sunt.
116. Clausula, ut supra scriptum est, iam auditomo &c. facit personalissimam relationem ad precedentia.
117. Vocabulum generale post species expressas positum, restringitur ad similia expressis, & nunquam comprehendit maiora.
118. Ignorantes de rebus, à quibus longè distant, inaniter speculantur.
119. Neg. Iure consultus, neg. Imp. facere potest, vt id continetur in dispositione, quod non continet.

120.

S V M M A R I A.

120. 121. *Supposito uno falso, quicquid postea ex eo inferri, falsum est.*  
 122. *Consilia Socyni. 100. & 89. lib. 3. item Bertr. conf. 23. parte 2. & Crauettæ. 62. diuersi casus à nostro tractant.*  
 123. 124. *Non debet dici seu inferri, de quo testamentum non loquitur.*  
 125. *Allegare impertinens, non est respondere.*  
 126. *Varia sunt hominum cogitationes, & ridiculum est de hominis alicuius intelligentia aut ignorantia quid assuerare.*  
 127. *Vbi ponitur unus casus ratione frequentioris contingentiae, non intelligitur per hoc alius casus exclusus.*  
 128. *Coniectura necessariò debent concludere & infra num. 157.*  
 129. *Declaratio regulae, quam ponit Accurs. in l. tale pactum. ff. de pact.*  
 130. *Exorbitantia debent restringi ad verba & mentem sumptiam specificè.*  
 131. *Quod testator non loquitur, non presumitur velle.*  
 132. *Quando agitur de dispositione, que ab ipsis testantibus voluntate dependet, tunc errorem, vel omissionem Notarij allegans, per quinq[ue] testes eam probare debet.*  
 133. *Contrariorum contraria est ratio & dispositio.*  
 134. *Ex ratione tacita, non arguimus ad derogationem expressi.*  
 135. 136. *Tempus determinatum non respicit functionem alterius temporis.*  
 137. *Verba huiusmodi substitutionum, si liberos relicturus esset, nihil ponunt in esse, sed futurum & possibile tantum significant.*  
 138. *Ablatiui absoluti, quando accedant ad dispositionis naturam.*  
 139. 140. *Dictio, si, nunquam per se est apta dispositioni.*  
 141. *Qui in testatoris voluntate fundamentum ponit, illam evidenter docere debet, alias interpretatio fit contra illum.*  
 142. *Conditio in uno expressa, videtur in alio de industria omissa.*  
 143. 144. 145. *Quod alijs destinatū est, alijs ademptum esse videtur.*

146. In

S V M M A R I A.

146. *In materia, l. cum annis. tria debent concurrere.*  
 147. *Quando substitutus habet expressam mentem testatoris, is qui tacitè vult intelligi ad eum excludendum, manifestè ostendere debet non parem modò, sed etiam maiore erga se testatoris affectionem.*  
 148. *Non est verisimile, testatorem voluisse, ut remotior in gradu, expresse substitutum excludat.*  
 149. 150. *Aequalitatis conservandæ consideratio, anno solùm inter descendentes, sed etià collaterales, veluti fratrū filios debeat attēdi.*  
 151. *Non est absurdum intestamento extranei, uni plus, alteri minus relinqui, & quare.*  
 152. *Non debet quis iniquum reputare, si quod in suo casu euenit, in alterius euenire potuit.*  
 153. *Remotiores in gradu minus dilexisse videtur testator, quam proximiiores, & infra num. 163.*  
 154. *Presumitur testator, natum tempore testamenti nec non mortis eius, & præterea euenientis conditionis, prædilexisse nascituris remotioribus.*  
 155. *Concursus iuris cum ipsa testatoris dispositione, fortissimam habet energiam.*  
 156. 157. 158. *In legato familie, semper videtur esse prædicti, quos testator propriis nominibus vocauit, etiam si ij posteriores escent in gradu.*  
 159. *Subtiliare nimium contra regulas iuris communis presumendo, est perniciosa errare.*  
 160. *Refutatio primæ coniecturæ, in qua aduersariorum argumenta pleraq[ue] in caput ipsorum retorquentur.*  
 161. *Mutatio voluntatis nō facile debet in testatoris dispositione argui.*  
 162. *Testator in aliqua parte testamenti vocans nepotes, filios filiorum, & postea in alia parte proferens verbum filiorum simpliciter non censetur de nepotibus cogitasse.*  
 163. *Nepotibus relictis, sine liberis decidere non quis dicitur.*

f

164. Vna

S V M M A R I A.

164. Una pars aduersativa alterius qualitatem repetit, & n. 174.
165. Argumentatio obscura, & à valde remotis collecta, per minimas coniecturas everti potest.
166. Qui in testamento non loquitur, & tamen inratum se esse contendit, hoc probare debet.
167. Non est inconueniens, quod filius defuncti, quando non potest manifeste probare conditionē, si sine liberis &c. prius in aliquo casu positam, ad se quoq; pertinere, ut tunc, admissō substituto, quamvis extraneo, ipse fructu paterno priuetur.
168. In alienationibus testamento prohibitis, causa alienationis est vocatio nominatorum, & substitutorum immediatè prohibitiō adhaerentium, & n. 172.
169. In reciprocis substitutionibus verbā hæc: Si unus ex illis antè alios deceperit &c. neg; inclusionem, neq; exclusionem cuiusquam continent.
170. Fideicommissum iudicatur non ex apposita illi conditione, sed ex verbis dispositiuis.
171. In legato nominati familiæ relicto, hanc conditionem, si liberos relicturus esset, non solum simplex & absolutum fideicommissum inducere, sed etiam collectiū inter liberos disponere, ridicula est argumentatio.
172. Vide num. 168.
173. 174. Infauorem positorum in conditione, non censetur facta alienationis prohibitio.
175. Ut veritas fictionem, sic casus verus & verbis testamenti expressus fictum obfuscatur.
176. Fideicommissum conditionale regulariter non transmittitur ad heredes.
177. Casus omissus non venit, nisi ex consequentia necessaria eorum, quæ in testamento expressasunt.
178. Differentia est, utrum prohibitio alienationis concepta sit in rem, vel impersonaliter, vel in personam.

179. Non

S V M M A R I A.

179. Non facta à testatore mentione consanguinitatis, non est dicendum testatorem eam considerasse.
180. Fauor cognitionis etiam expressus, restringitur ad personas & gradus à testatore expressos.
181. Ratione dispositionis ab ipso testatore expressa, non debet alia configri.
182. De casu dubio ad apertum, non valet argumentatio: sed de re non dubia ad dubiam fit fides.
183. Fallax est ratio dispositionis presumpta & tacita.
184. Prohibitio alienationis fideicommissi facta à testatore, cum res fideicommisso subiecta & ipso inre sint alienabiles, quid operetur.
185. Secunda coniectura aduersariorum reassumptio, in tria capita, maioris evidentia ergo, distincta.
186. Refutatio secundæ coniecturæ, ingeniosè magis, quam verè collectæ.
187. In legatis principaliis est causa exercitium liberalitatis & munificencie.
188. Substitutiones fiunt ex affectione erga substitutos.
189. Illud dicitur principaliter fieri, quod fit finaliter.
190. Successio est scopus & finalis intentio vocantis seu instituentis, quoconq; modofiat successio.
191. Prior est causa vocationis, posterior exclusionis.
192. Illa causa dicitur cohaerere legato, qua posita, illud quod in legato disponitur, venit ex necessaria consequentia.
193. An in reciproca parentum exclusio, que vocationem substitutorum sequitur, cum non sit causa finalis, sit saltem impulsua legati relicti.
194. Dupliciter probari potest testatorem, absq; illa causa, quam expressit, aliás legaturum non fuisse.
195. Causa finalis per se infert ad quemlibet effectum inclusum sub dispositione.

f 2

196. Par-

S V M M A R I A.

196. Particula taxativa, videlicet, &c. Item illæ limitativa, ut supra dictum est, ut inferius dicetur, utrum in præfatione reciprocæ, an vero in dispositione posita sint, diligenter aduentum est.
197. Verba prægnantia, particula taxativa, limitativa & similes in fauorem reciproce substitutorum à testatore apposita, non debent contortis interpretationibus in eorum odium trahi.
198. Dictio, Quia, redditiva est rationis, & nota impulsua causa.
199. Etiam non existente casu exclusionis, nihilominus legata pecunia ad substitutum pertinebit.
200. In dubio nunq; præsumitur id, quod dispositioni adiicitur, fuisse causam finalē, & ibi declaratur regula, cessante causa.
201. Qui vult dicere, quod cessante causa, cessat eius effectus, probare debet, causam fuisse finalē.
202. Verba taxativa in substitutionibus ad substitutos relata, exclu- dunt omnes alios à participio emolumenti relictū.
203. Quæ ad naturā dispositionis pertinent, pro expressis habetur.
204. Quamlibet dispositionem exclusiā refringi ad personas spe- cificatas, quomodo intelligendum sit.
205. Certo aliquo gradu, puta fratribus vel sororum vocato, alijs non veniunt.
206. Decy cons. 383. num. 4. declaratur.
207. Si plura habeant eandem rationē, tunc si de uno fiat mentio, id videtur exemplariter, non restrictinē factum. & nu. 326.
208. Regula, Exceptio non ampliat in casibus non exceptis, decla- ratur.
209. Sufficientia verba inclusionis, ut inclusus ceteris præferatur, li- cet verba exclusionis cessent.
210. Statutum in capite exclusivo non extendi ultra personas in eo expressas, declaratur.
211. Quando fauor & odium se habent correspiciū in statutis, tunc vt posita seponant, perempta sepermant, non est mirum.

212. In

S V M M A R I A.

212. In substitutionibus & legatis reciprocis, principaliter fauor in- clusi, tanquam magis dilecti, non odium tacitè ve expressè ex- clusi inspicitur.
213. Aliquid in odium alicuius disponere, pœnam sapit.
214. Qui non fuit in culpa, non potuit esse in pœna.
215. An testator substituat amore substituti (sicut in dubio præsum- tur) vel odio alterius, qui ab intestato succedere potuit, diligenter respiciendum est.
216. Statuta, quæ se correspiciū habent ad inclusionem unius, & exclusionem alterius, cum ferè semper contineant correctio- nem iuris communis, ampliari non debent. & infr. nu. 285.
217. A beneficio iuris communis nemo est excludendus, qui ex sta- tuto excludente non fuit comprehensus.
218. Termini inclusiū etiamsi non possint ampliari, nihil tamen iis debet adimi.
219. Virtus & efficacia inclusionis & vocationis certi alicuius gra- dus, omnes alios excludit, præsertim cum nulla inde sequitur absurditas, & correctio iuris communis.
220. Exclusio & inclusio quandō sint correspiciua.
221. Statutaria vocatio huiusmodi, in qua gradus præposteriorantur, veluti ut extante patruo, mater non succedat &c. habet se ad ordinariam successionem iuris communis, ut exceptio ad regulam: non ita se habet testamentaria.
222. Argumentum illud generale à statutis ad testamentum, quo- modo accipiendum. & num. 225.
223. Causa testati ab intestatitum dissidet, quantum clericus & a filius, & tamen ab uno ad alterum aliquando sequitur argu- mentum.
224. 225. Appellatione filij in dispositione legis venit nepos, non in testatoris.
226. Statuta contra ius commune disponentia non extenduntur ultra verba statuentium, etiam ex rationis identitate.

S V M M A R I A.

227. Ex testamentaria vocatione superstitis ad portionem decedentis, generaliter omnes alij gradus excluduntur.
228. Inter terminos extensivos & comprehensivos maxima est differentia, & infra num. 331.
229. Per testamentum expressè propter testamentum tacitè quis excluditur, & num. 335.
230. Exempla non intelliguntur expositiù, vel restrictiù.
231. Exemplis declarari regulam, quomodo intelligatur.
232. Ratio, quare qui necessariò hæredes non sunt, non sint vocati, alia quærenda est, quam ipsa voluntas testatoris.
233. Non attenditur diuersitas, quæ alio respectu in considerationem venire posset.
234. Expressa parentum exclusio apposita censetur respectu tacita in reciproca comprehensione, & nu. 318.
235. Quando exclusio parentum nec ob causam sine qua non, nec tantum conditio substituendi, nec per viam modi adiecta fuit, tunc ab expressa exclusione parentum ad omissam exclusionem liberorum ex fratre nasciturorum frustra fit argumentatio.
236. Vtrum species generi subiecta ipsum genus restringant, periculosa est assertio.
237. Exclusio parentum, exclusio per verbum, non debent; vel nec debent, quomodo exaudienda.
238. Quando dictio E T, ponitur inter speciem & genus, tunc censetur species posita ad demonstrandum, quod illa species sit magis notabilis, quam non expressa.
239. Ab enixa expressione exclusionis parentum male infertur ad restrictionem substitutionis, & quare.
240. Species plerumq; censeri generi subiectas maioris demonstrationis gratia, multis iuribus demonstratur.
241. In dubio censetur esse facta expressio demonstrationis, vel dubitationis tollenda, non limitationis causa.

S V M M A R I A.

242. Apposita frequentioris usus gratia non restringunt præcedentem dispositionem.
243. Absurdum esset, ut principali derogaretur per adiectam exclusionem parentum, quæ equè principalis non est.
244. Declaratio tantum habet locum in dispositione dubia.
245. In interpretatione legati dubij nihil noui addi potest.
246. Adiectio conditionis & diei facit, ut res non sit eadem, sed diuersa.
247. Quod fauore liberorum inductum est, quibusdam casibus ad lesionem eorum non est trahendum.
248. Quando assignata sunt due rationes alicuius dispositionis, non est licitum argumentari ex altera.
249. Vbi sunt duas causas alicuius substitutionis, non sumitur argumentum à contrario sensu ab una tantum.
250. Quando plures leges concurrunt ad unum effectum, una cœstante remanet virtus alterius.
251. Illa dicitur causa alicuius rei, quæ sola est causa, non simul cum alia.
252. Legitima parentum & liberorum ex statuto ciuitatis Augstanæ est in duplice consideratione.
253. Consuetudinaria divisione inter parentes & liberos, est quadam perceptio legitima, præueniens tempus ordinatum, & qualis illa divisione sit, & nu. 256.
254. Lex Burgundica de divisione parentum cum liberis suis.
255. 256. Vocabulum, villam legitimam, comprehendit plurain dividua, & num. 305.
257. Dum nimia quandoque vitimur subtilitate, iudicia testatorum defraudantur.
258. Interpretatio talis sumi debet, quæ satisfaciat omnibus casibus.
259. In dubio easumenda est interpretatio, ut specialis expressio eius, quod substitutioni alloquin generaliter inerat, dispositionem non restringat.

S V M M A R I A.

260. Voluntas testatoris in dubio nunquam limitata presumitur.
261. In dubio ea debet interpretatio capi, per quam dispositio testatoris sit efficacior & plenior.
262. Copula, E T, non solet restringere, sed augere legatum.
263. Declaratio textus in l. cum pater. §. dulcissimis ff. de leg. 2. declaratur.
264. L. cum de lanionis. §. cui fundum ff. de fundo instr. & l. si cum fundum ff. de verb. sign. declarantur.
265. Baldi doctrina in l. quoties C. de hered. instit. ab Alciato reprehensa.
266. Quae ad benè esse rei aliquid operantur, licet ad esse nihil, non sunt inter superflua numeranda.
267. Concinnatores litium fugiunt prudentes testatores.
268. Statutum priuans matrem ab omni successione, non propterea videtur eam priuare à legitima.
269. Filius nisi expressè renunciet legitimæ, eidē per generalia verba non videtur renunciasse.
270. Testator omnem totamq; hereditatem restitui iubens, non tamen videtur detractionem Trebellianicæ prohibuisse.
271. Statutum vocans inuicem ad successionem fratrem & sororem, non excludit matrem.
272. Magna est differentia inter non necessariū, utile & superfluū.
273. Commodissimum est semper inseri, quæ tacitè possent subaudiri. & nu. 314.
274. Si in instituto præmittatur clausula generalis, quam sequatur specialis, maximè per verba, nec debet, tum non limitari generalitatem.
275. Expressio unius casus an restringat generalitatem plurimorum casuum sub genere comprehensorum & diuersas rationes habentium.
276. Diuersificare casum & non reddererationem diuersitatis, non est dare bonam responsonem.

S V M M A R I A.

277. Copulam, ET, in casu nostro, non habere eum effectum, ut repeatat qualitates & conditiones utriusq; orationis, ostenditur.
278. Non valet consequentia, quando oppositum consequentis potest stare cum veritate antecedentis.
279. Ex natura copula, E T, duæ principales colliguntur regulae, prior, quod ad veritatem copulae requiratur cōcursus omnium copulatorum: limitatur num. 281. & 283.
280. 281. Quoties simulcum eo, quod disponitur, aliud supponitur, non habet locum dispositio, quando non est locus supposito, & num. 285.
282. 283. Perfecta est oratio, si in unoquog; capite diuersæ persona exprimantur.
284. 285. 286. Ut plurimum particula, E T, copulat personaliter tantum, non realiter.
287. Altera ex natura particula, ET, est regula, quod repetatur qualitates & conditiones precedentis copulati in sequenti, & è cōtra.
288. Repetita nō consentur per particulam, ET, ea quæ tacitè insunt alicui dispositioni, sed tantum per modum subauditionis.
289. Tacitum unum ex alio tacito non inducitur.
290. Expressum aliquando extenditur, tacitum vero nunquam.
291. Unius orationis perfectæ qualitates & conditiones in alia itidem perfecta, non repetuntur.  
Verbum I T E M, E T, equiparantur. ibid.
292. Non perfecta, sed imperfecta sunt illa, quæ per tacitam repetitionem sunt supplenda, & ibi, quando inducatur tacita repetitio.
293. Verba, hoc amplius, si sunt postposita orationi perfectæ, nō repetunt qualitates positas in præcedentioratione, vel è contraria.
294. Perfecta oratio quæ sit.
295. Quando ex præsumpta mente testatoris admittatur repetitio qualitatum & conditionum.
296. Quando conditio unius capituli, in alio repetenda esset, non repetitur, quando ibi diffimeret operaretur.

S V M M A R I A.

- Repetitio proculdubio cessat, quando conditio in loco, ubi sumitur tacite tantum, comprehendetur, & concurrerent diffimitas operationis & tacita subauditio. ibid.
297. Conditio necessaria & voluntaria multum differunt.
298. Indubius dispositionibus per particulam, ET, coniunctis, quarum una est de iure communi, altera exorbitas, cessat repetitio.
299. In dispositione, cui ex voluntate testatoris inest coditio, expressionem nihil operari, pleriq. contra Bartolum concludunt.
- Quid ex voluntate, quid vero ex necessitate inesse dicatur, ibidem explicatur.
300. Qui defuncto legatario me in relictio succedere voluit, ex necessaria consequentia te eo non admisit.
301. Quando aliquid ex natura actus, qui geritur, inest, tunc nemo dubitat, quin expressio eius nihil operetur. & nu. 317.
302. Tacitum ex natura actus pro expresso habetur, & tantundem, operatur, quantum expressum.
303. Quando id, quod tacite inest, aliter exprimitur, quam tacite comprehendatur, tunc aliquid operatur.
304. Id, quod alicui dispositioni inest, exprimitur interdum, partim eomodo, quo inest, partim alio modo.
305. Dicitio uterque & alteruter, comprehendunt plura individua.
306. 307. Veritas nimia subtilitate deleri vel confundi non debet.
308. Etiam in casu, ubi dubitatur, an alio modo quid expressum sit, quam generaliter & tacite continetur in dispositione, nihilominus tamen nullam operationem habet eiusmodi expressio.
309. Aliquando expressio operatur respectu alicuius extrinseci, si apparet, hoc fuisse de mente testantis.
310. Conditiones extrinsece non ex testamento venientes, non faciunt legata conditionalia.
311. Expressio eius, quod ex voluntate testatoris & simul ex natura actus, qui geritur, inest, dispositionem principalem legati nouare vel minuere nequaquam potest.

312. Ta-

S V M M A R I A.

312. Tacita pupillaris, quae, interpretante sic lege, vulgari inest, quam dubia non excludit matrem, nisi exprimatur.
313. Superfluitas huicmodi, qua exprimitur id, quod inest, toleratur.
314. Non est absurdum illud exprimere, quod ex natura actus continentur.
315. Non videtur superfluum, quod clarius exprimitur.
316. 317. 318. Decem aduersariorum conclusiones, quibus putant regulam. l. 3. ff. de leg. 1. expugnari posse.
- Frustra exprimitur, quod per se inest.
319. Vitiosa est argumentatio, qua presupponitur id, de quo disputatur.
320. Separatorum separata est ratio.
321. Oratio determinans plura determinabilia, equaliter debet determinare. & num. 342.
322. Determinabilia unius dispositionis se in unicem non determinant.
323. Expressum facit cessare tacitum.
324. Dispositio vocativa testatoris pro lege & regula haberi debet.
325. 326. Certo aliquo gradu substituto, reliqui omnes excluduntur.
327. Expressio eius quod tacite inest, tantum abget, quod restrinquit, ut etiam dilatet dispositionem.
328. Regula: Expressum facit cessare tacitum, declaratur.
329. Ab expresso ad omissum non arguitur, quando alia ratione id, quod non expressum est, necessario includitur.
330. 331. Conditionem, quam testator in aliqua parte testamenti considerare posuit, non censetur in alia parte ignorasse.
332. Quae enixè dicuntur, non solent restrinquir dispositiones.
333. Singula singulis sunt aptanda. & num. 393.
334. 335. Quod in favorem vocatorum testator dispositum, in odium ipsorum non debet trahi.
336. Quod non tollitur, firmum manet.

g 2

337-

S V M M A R I A.

337. 338. Coniectura illa, si testator de fratribus sui nepotibus cogitasset &c. non habet locum nisi in terminis. l. cum auus.
339. De voluntate hominis iudicandum secundum conscientiam, qua est legibus munita, non quam sibi quisque fabricatur.
340. Tertia coniectura refutatio.
341. 342. Adversariorum verborum inter se oppositorum ea est vis, ut voluntas testatoris in uno, intelligatur repetita in alio.
343. Adversaria, si vero arguit tantum qualitatum & terminorum similitudinem, non autem dispositiones iuris vel facti. & infr. num. 556.
344. 345. Substitutio nunquam intelligitur facta in casu, qui priore scriptura prouisus sit.
346. Ex mente testatoris non presumitur substitutū excludere: nisi quis sit ex descendentib. testatoris, & quod ab intestato excludat substitutum, & quod dispositio testamento insertus sit.
347. Condicio hæc, si liberos haberit, vel reliquerit, casum tantum ponit, minimè vero dispositio est.
348. Legata alicui proprietate, cum hac adiectione, ut dum vivat, ea vtatur, non ideo videtur mutari legatum proprietatis.
349. Mutu datione mutuans pecunia sua proprietatem amittit.
350. Coniectura cessant, ubi testator specialiter prouidit.
351. 352. Qui hereditatem ex fideicommisso restituere tenentur, non propriè sed impropriè heredes dicuntur.
353. Liberi positi in conditione non sunt vocati, ut est communis opinio, nec unquam contra iudicatum esse dicit Alciatus.
354. Sunt qui malunt ex falso quod falsum, quam ex vero quod verum est, colligere. & num. 444.
355. Quartæ coniectura refutatio.
356. Regulariter posita in uno capitulo ad aliud nec referuntur, nec inibi repetuntur, maximè quod capitula sunt penitus separata.
357. Vbi discreta sunt substitutorum portiones, etiam eorum substitutiones discreta intelliguntur, nec altera ad altera producitur.

358.

S V M M A R I A.

358. Conditiones non possunt de casu ad casum, minus autem de persona ad personam traduci.
359. Voluntaria conditionis ea est natura, ut nec identitate rationis extendi vel repeti debeat.
360. Condicio, si sine liberis. l. cum auus. etiam in testamento ascendentis, si in una parte omissa, alibi vero expressa fuerit, à lege suppleri nec debet nec potest.
361. 362. Contra voluntatem testantis esse videtur, de quo nihil dixit.
363. L. cum auus, tantum locum habet in testamento patris inter liberos.
364. 365. Liberos grauati non esse ex iis personis, quae ex presumpta mente testantis excludant substitutum, communiter conciduntur.
366. Non licet argumentari ab alicuius dispositionis ratione, quam testator non expressit.
367. Nulla ratione expressa, presumuntur plures reddi posse.
368. 369. Anchorani consil. 74. declaratum.
370. Non est inconueniens, quod alicuius proprietas ad vitam tantum relinquatur, quæ non ad legatary heredes, sed ad substitutum postea deferatur.
371. L. generaliter. in pri. C. de cond. & instit. loquitur de expressa, non de tacita conditione, si sine liberis.
372. Presumptiones. l. Lucius. la. 2. ff. de hered. instit. cessant, quando testator usus est verbis angustis, & gradum ipsum significantibus.
373. Pugnantia sunt, hereditario, & ad vitam tantum concedi quid.
374. Verbum, heredis, prolatum à testatore, refertur ad scriptos tātum, non ad eos heredes, qui mediantibus scriptis ad hereditatem perueniunt.
375. Quilibet heres de restitutione grauatus, videtur tātum usum-fructum vite sua tempore habere.

33

370. Clau-

S V M M A R I A.

376. Clauses relativa efficiunt, ut eadem per omnia esse debeat dispositio, quae sit in relato.
377. Particula, omnimodo, operatur, ut quod in uno articulo omisum sit, suppleri debeat ex alio, ad quem fit relatio.
378. Quando filius in successione patris sui obtineat locum patris sui, remisiue.
379. Hac verba, sicuti supra, non habent effectum verae relationis, nec ponuntur conditionaliter ad relatum, sed potius causatiue, & num. 472.
380. Dictiones, sicut, prout infra &c. equiuocae sunt.
381. Dictiones relativa, quando omnimodam similitudinem referentis arguant, remisiue.
382. Regula: Relatio seu terminus referens omnes qualitates & conditiones termini relati repetit.
383. Limitationes complures ad regulam, Relatum est in referente.
384. Clause in medio alicuius articuli posita, ad illum tantum, non ad alios refertur, si plures alios articulos contineat dispositio.
385. Predicatum ad subiectum suum, non ad aliud est referendum.
386. Medium sapit naturam extremorum.
387. Illa tantum qualitates in relatione comprehenduntur, quae reguntur ab eodem verbo.
388. Vitiosa est argumentatio ab eo, quod verum est secundum quid, ad simpliciter.
389. Qualitas unius dispositionis ad aliam non refertur.
390. Natura clause ut supra, & ordine, quo supra.
391. Clause non apposita principaliter per se, verum respectu alicuius dispositionis qualificata, ad eam tantum sunt referenda.
392. 393. Clauses, que testamentis inseruntur, effectus.
394. 395. In legatis separatis relictis, non est laborandum de ratione diversitatis, & num. 403.
396. Relativa verba, ut supra, non continent maiora expressis.

S V M M A R I A.

397. Pronomina, HOC ISTVD, ad oculum demonstrant rem & dispositionem, cui adiiciuntur.
398. Verba arctativa sive restrictiva restringunt, etiam si maior aliqua ratio suaderet, ne restrictio fieret.
399. Vbi unum ex correspectiis cessat, deficit etiam alterum.
400. Dictio, postea, significans interuallum temporis, segregat sequentem dispositionem à praecedente.
401. Substitutionē factā filiis superstibus ipsi testatoris non porrigi, nec ex verbis nec ex mente ad casum, quo filii decederent post mortem testatoris.
402. 403. Testator in singulos casus alium atq; alium vocare potest.
404. Idem ius statuitur de parte, quoad partem, quod de toto quoad totum.
405. Conditioni, si sine, non potest inesse contraria, sic uero liberis decedat.
406. Quod alicui conuenit, non potest eius contrario conuenire.
407. Argumentū ab inductione, nihil concludit, vbi media non quadrant & se consequuntur, & ibi quid sit inducō ex Cicerone.
408. Circa veritatem omnia sunt plana, sed contra eam magno angore & labore argumenta trahuntur.
409. 410. An voluntas testatoris sit preferenda verbis, remisiue.
411. Stultissimi est hominis, secundum Laetantium, ea velle sequi, que utrum vera sint an falsa, dubitari possit.
412. Mens verbis non aliter preferenda, quam si voluntas testatoris tacita ab expresso aliquo resultat.
413. Coniectura legis, ab iis, quae ab hominibus excogitantur, multum differunt, remisiue.
414. Ad id quod non est expressum, exclusio non porrigitur.
415. Exclusus ab uno iure, non videtur exclusus ab alio, & quare.
416. Coniectura debet habere aliquod primordium naturale, unde sumantur.
417. Qualibet substitutio conditionalis, duo habet extrema seu capita, & quae illa sint,

## S V M M A R I A.

418. Superflitibus liberis, et sic deficiente cōditione, si sine liberis etc. protinus extinguitur fideicommissum.
419. Fideicommissum relictum, sub conditione, si sine liberis, non reuiniscit, etiam si liberi extantes postea decederent.
420. Extincta substitutione ob defectum conditionis, sub qua illa facta est, omnia alia evanescunt.
421. 422. Principali contractū sublato, extinguuntur confessio, constitutum, renunciatio & pēna.
423. Deficiente eorum vocatione & successione, quorum contemplatione & fauore quis remotus est à legato, non amplius intelligitur exclusus.
424. Argumentum à contrario sensu non procedit, nisi in casibus affirmatiuē & negatiuē inter se oppositis.
425. Regula illa, ut exclusio unius sit inclusio alterius, ad casum, ubi conditio est negatiua, adaptari non potest.
426. Exclusio materna fauore inclusorum collateralium facta, non aliis quam ipsis collateralibus prodeesse debet.
427. Dispositio testatoris, ut bona eius in familia conseruentur, non introducit receptorum substitutionem inter agnatos.
428. Voluntas, qua ex aliqua dispositione seu facto colligitur, eatenus arguitur, quatenus ex ipsa dispositione vel facto necessario infertur.
429. Fideicommissum ex quibuslibet leuibus conjecturis non inducitur, & num. 431.
430. 431. Regula, cessante causa &c. explicatur, & num. 244.
432. In conditionibus solum inspicitur, an factum illud sit, quod testator pro conditione adiecit.
433. Statutum ut extante patruo mater excludatur, cessat, si tempore mortis non superest mater, & locus est successioni ex iure communi.
434. Quando admisso alicuius ad successionē regulatur ex alterius habilitate, tunc necesse est, ut is & existat & succedere posset.

cuius

## S V M M A R I A.

- cuius contemplatione dispositio illa succedendi in eum modum facta est.
435. Liberi liberorum presumuntur potius ius legitimarum successionum habituri, quam inter se reciprocē substituti esse.
436. Casus l. Titia. §. Sei libertis. ff. de leg. 2.
437. Mala est consequentia: expectatur mors ultimi: ergo dicitur facta substitutio ultimo tantum.
438. Fictiones fictionibus aggregari iura vetant.
439. Licet expressum aliquando, tacitum tamen nunquam extenditur.
440. 441. Taciti & expressum demum idem est iudicium, quando tacitum non aduersatur regulis iuris.
442. Ex presuppositis que nec voluntate testatoris, nec lege, vel ratione inuuantur, non est inferendum.
443. 444. Verum nō est, quod falsi principio infirmatur, sicut è contraria falsum dici non potest, quod primordio veritatis inuatur.
445. Ex conjecturis non nisi necessariis noua voluntas excitari potest.
446. Clara & aperta instrumentorum verba auferunt omnem dubitandi rationem.
447. Vtrum nomine collectivo, veluti familia, agnationis &c. an vero appellativo, puta, proximorum suorum hæredum, substituendo usus sit testator, multum interest.
448. Substitutiones restrictae ad tempus quamdiu durent.
449. Ex substitutionibus certo tempore & gradu circumscriptis, interpretando infinitas facere velle, absurdum est.
450. Quibus & quot presuppositis aduersariorum conjecturandi rationes constent.
451. Dispositiones clarae & aperte non sunt dubiae & incerte ullis Sophisticis interpretationibus.
- Quinti argumenti refutatio.
452. Sermo de uno ex pluribus ante alios dececedente prolatus, referendus

b

rendus

S V M M A R I A.

- rendus est ad primò decedentem tantum, & debet in persona & portione eius consumi.  
 453. Pluralis numeri verba in uno & singularis de pluribus non debent intelligi.  
 454. Dictio, V N V S, in lingua Germanica duplēm habet significationem, quod aliquando sit numeralis, aliquando vero nota nominis appellatiū, & orationis indefinite.  
 455. Dictio, V N V S, adiecta nomini substantiuo, apud Italos & Germanos reddit sermonem indefinitum.  
 456. Verba hæc, SI Q V I S, idem important, quod quicunq;.   
 457. Distributiuia operatur perinde, ac si essent facta plures substitutiones separatim.  
 458. Duplex natura & effectus orationis indefinite, vel collectiva, vel distributiva.  
 459. Verba hæc, SI Q V I S filiorum &c. sunt duplia distributiva, & num. 461.  
 460. Duplicium distributiuorum natura quæ sit.  
 461. Particula, Q V I S, est simplex distributiuia.  
 462. Verbæ indefinite, utrum in singulari, an in plurali ponantur, nihil refert.  
 463. Substitutio facta cum clausula, si quos eorum sine liberis mori contingat, non restringit ad primam vicem, siue ad unum, vel primum duntaxat sic decedentem.  
 464. Verba hæc, Si quis, si nullus, quicunque, eandem vim distributiam habent.  
 465. Verbum superstitum, facit conditionem.  
 466. Conditiones scinduntur.  
 467. Substitutorum pars est & aqua conditio.  
 468. Distributiuæ vocis natura est, ut singuli habeantur pro expressis.  
 469. Inter terminos subintellectos seu extensuos & comprehensuos magna est differentia.

470. Si

S V M M A R I A.

470. Sitestator substituat defuncto in ea parte, que ipsi legata est, tunc ad substitutum illatantum portio legata pertinet.  
 471. 472. Quandò testator simpliciter, vel saltem in portione præmorientis aliquem substituit, non addito vocabulo hereditatis, vel legati, tunc in restitutione fideicommissi venit etiam illud, quod grauatus prius habuit iure fideicommissi à cœlegatario.  
 473. Verba hæc, succedere debent, cum dirigatur ad honoratos, nullo modo in oratione respiciente grauatos subintelligi possunt.  
 Sexti argumenti refutatio.  
 474. Pactum vel transactionem inter fratres de fideicommisso remittendo & condonando valere, extradubium est.  
 475. Fideicommissum etiam contra voluntatem testatoris alterice di potest.  
 476. Natura diuisionis non est, ut propter illam fideicommisso conditionali renunciatum esse videatur.  
 477. Habens pro se regulam, habet intentionem suam fundatam.  
 478. Qui se fundat in casu speciali, debet eum probare.  
 479. Error diuidentium eo ipso probatur, quod cōstat, pecuniam aliquam ex bonis paternis non fuisse, qua sola diuidere volebant.  
 480. Quicum fratre & aliis cōsanguineis diuisit bona, quæ cōmunia existimabant, cum verè non essent, diuident non præjudicat.  
 481. Errantes neg. amittunt, neq; acquirunt.  
 482. Renunciatio etiam expressa, nunquam trahitur ad ius ignoratum, vel ad futurum, vel nondum competens.  
 483. Diuiso est separatio iurium, quæ communia sunt.  
 484. Remissio accipitur de iure, quod tempore diuisionis præfens est.  
 485. Ex diuisione paterna & materna hereditatis ab intestato obuenientis non potest oriri remissio eius iuris, quod dependet ex testamento.  
 486. Interdum ex conjectura et coherentia pactorū, quæ diuisionibus adiici solent, colligi potest renunciatio fideicommissi.

b 2

487. In

S V M M A R I A.

487. In questione utrum diuisio præiudicet fideicommissio, diligenter distingui debet inter ipsam simplicem diuisiōnem, quæ re ipsa fit, & pacta diuisoria.
488. Pecunia ut potè quæ vſu consumitur, neq; naturali, neq; ciuili ratione recipit vſumfructum.
489. Utilitatis gratia receptum est, ut pecunia vſumfructu legato statim legatarij pecunia fiat, cum obligatione tantundem post mortem restitutum iri.
490. Cautio vſumfructaria de reddenda pecunia legata est loco proprietatis.
491. Proœmium finalē intentionem contrahentium declarat.
492. Quando specialiter aliqua nominata hereditates diuiduntur, fideicommissio, quod ex alia hereditate dependet, nec tacite, nec expreſſe renunciatum videtur.
493. Actus agentium non operantur ultra ipſorum intentionem, & num. 535.
494. Verba quietationis et renunciationis generalia debent restrin- gi ad præfationem.
495. Clausula renunciatoriae pregnantes concludunt tantum in hereditate expressa, non in alia.
496. Generalis transactio, quæ ad alia bona extendi non potest nec debet, quam ad certam hereditatem patris vel matris, de ea intelligi debet.
497. Pacta diuisoria secundum naturam diuisiōnis super qua fiunt, et ab ipso principal contractu regulantur.
498. Renunciatio hereditati censetur renunciare his tantum rebus, quas potest petere ut haeres illius hereditatis.
499. Unica semper cuiusq; negotij vera est et decisuaratio, quam ad- ducre sufficit.
500. Qui agunt de hereditate parentum, quam post mortem re- liquerunt, agunt de iure iam delato, non autem deferendo.

501. Pa-

S V M M A R I A.

501. Pacta & remissiones etiam amplissima ad ius futurum & post renunciationem superueniens extendi non debent.
502. Clausula de non contraueniendo tractum futuri temporis ha- bent, adaptantur tamen ad ius renunciatum ex causa de pre- terito.
503. Per diuisiōnem etiam iurata non censetur renunciatum fidei- commissio reciproco & condition, alicuius conditio tempore di- visiōnis non euenerat.
504. Iura que sperantur in futurū, non dicuntur iura, sed iuriū ſpes.
505. Non debet duplex ſpecialitas ex eodem fonte deduci.
506. 507. Clausula renunciatoria, quibus etiam iuri futuro renun- ciatur, non aliter renunciationem fideicomisi inducunt, quam si alium effectum operari non poſſunt.
508. 509. In renunciatione iuris ex testamento debiti, debet ſpecifica testatoris nomen exprimi, & quare.
510. Et debent in tali renunciatione pro forma apponi verbahac, vi- sis verbis testamenti.
511. Conuentio ſuper iis, quæ ex testamento dependent, non aliter fie- ri potest, quam in ſpecificis verbis testamenti.
512. Cautela ad confirmandas pactiones ſuper testamento initas.
513. L. de his. ff. de transact. non est ſatisfactum, ſi quis omni legum auxilio renunciat.
514. Imò ne in ſpecie quidem & cum iuramento d.l. de his renunciari poſſe, multi tenent.
515. Sicut ignorans non potest acceptare, ita nec remittere.
516. Renunciatio etiam iurata casus incogitatos non comprehendit.
517. Ignorantia facti praefumitur, niſi probetur scientia.
518. Scientia licet non praefumatur, tame coniecturis probari potest, ſed probabilibus, per ſpicuis & concludentibus.
519. Actum in dubio id modò intelligitur, quod verba demonstrant.
520. Nemo praefumitur id dicere, quod mente non cogitauit.
521. Verba ſunt nota paſſionum mentis.

b 3

522. Pa-

S V M M A R I A.

522. Pactum generale non trahitur ad ea, quae dependent ex testamento.
523. 524. Sola scientia fideicommisi vel testamenti ad validitatem renunciationis non sufficit, & quare.
525. Renunciatio generalis ad fideicommissum dubium non extenditur.
526. Dubitans non dicitur scire.
527. Error iuris dubij equiparatur errori facti.
528. Etiamsi constet, quod quis remitteret ius aliquod, si sciret hanc dubie illud sibi competere: tamen quamdiu illud ignorauit, non censetur eire renunciasse.
529. De presenti non presumitur in preteritum, maxime in materia scientiae.
530. Qui petit fideicommissum, presumitur illud tempore diuisionis ignorasse, secundum communem opinionem.
531. In dubio diuidens videtur ignorare fideicommissum, maxime singulare.
532. Renunciatio facta cum promissione generali de non contraueniendo ratione fideicommisi vel substitutionis cuiuscunq; aut alterius iuris presentis seu futuri extestamento vel ab intestato, non praeditat fideicommisso conditionali inter ignorantes.
533. Intotum omnia, quae animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt.
534. Idg; etiam in fideicommissis reciprocis obtinet.
535. Notabile dilemma Zafy, quo fratres diuidentes, quantumuis scientes, fideicommisso non censeri renunciasse ostenditur.
536. Cogitatio in animo retenta nihil operatur.
537. Obscuritas pacti contra eum, qui clarius dicere poterat, accipit interpretationem.
538. In omni deliberatione, propria & proxima questio semper debet assumi.
539. Intentio renunciantis non potuit complecti id, quod renuncians sibi competere ignorauit.

540:


S V M M A R I A.

540. Questio an sit, semper precedit illam, quale sit.
541. Qualitas sine subiecto considerer non potest.
542. Diuisione & assignatio portionis ex sui natura nullam remissionem inducit.
543. Error nominis demonstratiui, modo de corpore constet, id quod gestum est, non immutat.
544. Ex falsa causa vitiatur omnis actus.
545. Diuisione facta praetextu testamenti, quod putabatur valere, si postea appareat de nullitate testamenti, ab intestato succeditur, retractata diuisione prius facta.
546. Diuisione ex falsa & erronea causa vitiatur.
547. Qui aliquid petit, non tanquam ex hereditate, quae diuisa est, sed ex alio iure, non videtur contra pacta facere.
548. 549. Regula l. vindicantem ff. de enictione non est potens ad tollendum fideicommissum, & quare.
550. Per reservationem & inclusionem unius iuris, omnes aliae viae succedendi exclusa & renunciata esse videntur.
551. Argumentum ab inclusione unius, ad exclusionem alterius, procedit tantum in legis dispositione.
582. Reservatio successionis ab intestato habet vim exceptionis à regula generali.
553. Exceptio efficere non potest, ut verba generalia praecedentia pleniora habeant significationem, quam si reservatio nulla esset apposita.
554. Argumentum à contrario sensu, non potest extendere dispositionem ultra id, quod precise & expresse in sensu directo continetur.
555. 556. Idem argumentum non potest inducere nouam dispositionem, quam priora pacta non inducunt.
557. Negligentia non potest cadere in ignorantem.
558. Ferendus non est, qui de eorum intentione & consensu coniecturas comminiscitur, qui quid sibi relictum fuerit, ignorarunt.
559. Qui

559. Qui errore ductus cum aliquo communicat, non communicandum, etiam post longum tempus communicatum reuocare potest.
560. 561. Ex concessione alienandi facta sibi iniicem à diuidentibus, utrum fideicommissum renunciatum esse videatur.
562. Consentiens venditioni seu alienationi, videtur perdere ius suum per talem consensum.
563. Pecunia pupillaris & minorum sine decreto alienari potest, aliae eorum res minimè.
564. Nemo debet sibi ex ea causa auxilium petere, quā ipse oppugnat.
565. Qui contendit aliquid factum esse, non propterea contendit, recte factum esse.
566. Potest abesse qualitas, integra substantia remanente.
567. Licet alicui approbare factum, & improbare qualitatem facti.
568. Potest quis approbare actum, tanquam gestum, & reprobare tanquam sic gestum.
569. Quis lucrum ex contractu aliquo expectat, damnum quoque, si contingat, aequo animo ferre debet.
570. Lucrum quod ex contractu paterno descendit, hereditarium existimari & in inventario bonorum hereditatis paternæ scribi debet.
571. Summi prætoris imperium defendendum, ne inane & lusorium partium calliditate reddatur.
572. Iudicis officium est, amputatis frustrationibus iustitiam habenti eam administrare.
573. Satius est, semel litem perdere, quam sèpè vincendo fructum latet sententie diu frustraque expectare.
574. Satis lucri interdum facit, qui à lite quam iustissima discedit.
575. Iudicis interest, non laborasse in vanum.
576. Index operam dare debet, ut cauillationibus finis imponatur.

DEFEN-

# DEFENSIO FIDEICOMMISSI HONOLDINI.



VPERIORIBVS ANNIS IN LVCEM prodiit, consilium quoddam seu responsum clarissimi viri D. Christophori Herdeßiani, Iurisconsulti certè præstantissimi, & amici mei inter præciuos obseruandi, vbi paradoxum illud, quòd in substitutione fratrum liberis facta, subintelligatur cōditio, si sine libertis, tanto acerrimi ingenij robore defendit, vt in suo casu, celeberrimæ nimirū causæ Honoldinæ, omnino eam conditionem subaudiendam esse, quamplures magni nominis Iurisconsulti existimarint: capti videlicet argutis D. Consulentis persuasionibus & coniecturis, quas ex testamento q.d. Iohannis Honoldi ciuis Augustani, mirabili quodam artificio collegit, & ita concinnauit, vt facile cuius fucum facere potuerint. Vnde eius sententiæ subscripserūt, singulis consiliis hanc quæstionem prosequitæ, aliquot per celebres Academiæ Germanicæ, Lipsensis primò, deinde Heidelbergensis (cuius autorem fuisse dicunt excellentem Iurisconsultum D. Nicolaum Cysnerum, nunc Imperialis Cameræ adfessorem) nec nō VVittenbergensis. Quinetiam hanc causam scriptis defenderunt, illustres Germaniæ nostræ Iurisconsulti, D. Iustus Bayer, D. Christophorus Iulius, ambo Reipub. Norimbergensis, dum vitierent, Aduocati celeberrimi, nec non D. Andreas Stöckelius, eiusdem vrbis Aduocatus, Tandem quoque D. Matthæus VVesenbeccius, qui duobus iam libris consiliorum publicatis, illustrem apud omnes insignis Iuris scientiæ famam, sibi comparauit: quæ

A omnes



## DEFENSIO

omnes subscriptiones, seu responsa potius, typis expressa extant, in primo tomo responorum Francofordiæ editorum Anno 1568. sub nu. 35. Responsum verò ipsius D. VVesenbeckij, habetur etiam in secundo consiliorum eius libro respon. 94.

Et vtingenuè fatear, tum temporis, cùm clarissimorum istorum virorum (quos modò nominauimus) iudicia in publicum exirent, & ipse quoq; doctissimus & disertissimus D. Consulens, sèpè mecum super hoc casu conferret, imprudenter in candem ferè cum cæteris sententiam concessi, vt putarem D. Magdalena aëtricem, iniquè à Marci fratribus sui liberis, fideicommissum hoc petere, cui locum non esse, posteaquam Marcus liberis relictis decessit, ex cæteris testamenti partibus & legatis, quibus semper hæc conditio, si si ne liberis, &c. adiecta est, fatis probabiliter colligi posse vi*I.* debatur, † cum vna pars testamenti declareret aliam, vulgata leg. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. i. Iason in l. qui filiabus num. 3. ff. eo, post Abbatem: con. 37. lib. i. Socyn. Jun. con. 103. num. 54. lib. i. Et quia verisimile erat testatorem sic fuisse responsum, quando à Notario vel alio fuisse interrogatus, num hæc conditio, etiam isti legato, sicuti prioribus, adiicienda esset: ad quod propositum semper allegatur glos. fin. in l. tale pætum. §. fin. versic. item nota. ff. de pact. & habetur text. in l. cum res ff. de leg. i. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthum. & in l. fin. C. de posthum. hæred. instit. cum similibus.

CVM autem D. Sebastianus Christophorus Rhelinger, incomparabilis iudicij Iurisconsultus, & strenuus huius fideicommissi assertor, tribus priùs cōformibus sententiis (quarum ultima in auditorio Principis pronunciata fuit) in suum fauorem relatis, ex humanis abiisset, & reliquum huius causæ expediēdæ, id est, exequutionis vrgendæ negotium, mihi de-

man-

## FIDEICOMMISSI HONOLDINI.

mandatum esset: cœpi diligentius argumenta excutere, quæ ad subuertendum istud fideicommissum à doctissimis illis viris afferebantur, & vt id facerem, ab aduersario D. Aduento necessitas quædam mihi imponebatur. Cùm is sub velamento petitæ restitutionis in integrum contra tres conformes sententias, totam hanc controuersiam fideicommissariam, ex integro renouaret, concedente hoc iudice, quamvis 2. aduersariorum allegationes, † nullam erroris proprij venia*iustam petitionem*, vel partis viætricis circumuentionem, 3. † sed solam ferè iniquitatis priorum sententiarum querelam continerent; vnde merito à noua ista instauratione definitæ iam litis, repelliri forsan debuerunt, per tex. in l. præfecti etiam 4. prætorio ff. de minor: † ne scilicet lites ex litibus orirentur l. terminato C. de fruct. & lit. expens. & huc pertinent dicta Salyc. in l. singulis. num. 3. ff. de except. rei iud. quem referunt Hieron. Cagnola in l. si quis maior. num. 91. C. de transactio. Rol. à Valle con. 38. num. 12. lib. 2. Achilles Personalis, de adipisc. poss. ante num. 351. Cæsar Contardus in l. vñica C. si de mom. poss. &c. q. 8. num. 31.

Ex seria igitur tractatione huius causæ, facile intellexi, & iustissimam semper fuisse petitionē huius fideicommissi, & æquissimè secundū illud sententias priores esse dictas, 5. † pro quo planè in similibus terminis antea etiam responderunt, quamplures magni nominis Iurisconsulti in Italia, vide licet Franciſ. Accursius, cuius cōfiliū refert, & probat Cygnus in l. Gallus §. instituens ff. de lib. & posthum. Otto Nicolinus de Sirigattis, Salustius de Bonguilielmis, Andreas Barbata, sibi contrarius & tandem veritatem agnoscens, Angelus de Gambiglionibus, Fraciscus Aretinus, Thomas de Saluetis, Petrus de Exio, Benedictus de Accoltis Aretinus, Bernardus de Bongirolamis, Zenobius de Guasconibus & Iohannes Baptista Caccialupus, quorum responsa extant in l.

libro consiliorum Bartol. Socyni cons. vltimo. Idem concludunt post Marianum Socyn. Iun. con. 128. vol. i. Claudius Tolomeus, Philippus Decius, Hormanotus de Detis, Antonius de Strozzis, Vincētius de Herculaniis, Camillus Baglinus, Bonifacius Elephantuccius, Io. Francisc. Calcaneus, Cosmus Pafethus, Ludouicus Catus, Vincentius Saluiolus, Antonius de Burgos, Io. Baptist. Casulanus, Lancilotus Politus, Curtius Iunior, Melchior Baldassinus, Leōhardus Cæsanus, Io. Bap. Sāctus, Bernhardinus Benevolēti, D. Comes Achilles, & D. Nicolaus Piccolhomineus, qui ad omnia ferè argumēta à D. Christophoro Herdeßiano in hoc nostro casu adducta, & quę subscriptentes etiam eius adferunt, copiosissimē respondent. Hisce etiā addo Corn. con. 182. nu. 6. & 7. vol. 2. Cur. Iun. cō. 57. nu. 9. Parif. con. 37. nu. 69. & 70. vol. 2. Portiū con. 15. Cephalum con. 576. Zafium in tract. substit. ca. vlt. in explicat. conditionis: si sine liberis &c. sub finem, versic. pro cōplemento huius materię &c. Deniq; Bellonū con. 50. nu. 5. vers. ex alio colligitur: Rol. à Valle con. 43. nu. 38. vol. 4. Gerardum Mazolum con. 108. nu. 55. fusissimē etiam pro nobis scripsit copiosissimus D. Hyp. Rimin. con. 246. nu. 97. vsq; ad nu. 110. inclusiū. Postremo Almæ quoq; Vniuersit. Ingolstadiensis facultas iuridica, hāc ipsam nostrā causam, multis cōcludentibus, & perspicuis rationibus eleganter cōprobavit.

Q uo RVM autoritas, inspectis nimirū solidissimis eorū rationibus & argumentis, longē potior visa fuit iudicibus omnium trium instantiarū, quam euānidē illæ coniecturæ, quæ ad alterādā manifestam & expressam testatoris voluntatem, facilē ex cuiusque arbitrio configi, & calamitatis quibusdā inuri possunt. † Q uilibet enim (inquit Corn. consil. 61. libro 2.) potest ad suum propositum dicere, hāc fuit mens testatoris: igitur recedamus à verbis, sicuti in hanc sententiam multa adducit Marzarius, consil. 7. folio mihi

7. mihi 83. & Crauetta con. 161. † vnde plerunque decipimur, dum scrupulosē nimis & anxiē coniecturis, cēu exploratis rebus vtimur, secundū Bald. in l. precibus. C. de impub. & ali. sub. & æquissimē sentit doctissimus D. Viglius in §. liberis suis impuberibus. nu. 21. Instit. de pupill. substit. dum ait, captiuum esse, opinione quæri voluntates, & interpretatione, scripta simplicium hominum peruertere. Quinimò etiam in casu dubio, & vbi voluntatis quęstio admitti potest arg. ille aut ille, & l. non aliter. ff. de leg. 3. cum similibus, † totum tamen hoc negotium, & quales coniecturæ sufficient, in æstimatione iudicis est. l. voluntatis. C. de fideicommiss. Cuius arbitrio omnino permitti debet, ex quibus coniecturis voluntas testantis ita argui possit, vt ea verbis meritò anteferenda sit, secundum Socyn. in rep. l. cum auus. in fine ff. de cond. & demonstr. Insignis D. Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. casu 148. Zanchius in l. hæredes mei §. cum ita. parte 7. nu. 22. Ludouicus Zuntus in responso suo pro vxore num. 429. † sicuti etiam vbi legis scriptæ ratio non apparet, ad sapientis iudicis arbitrium pertinere, quæ nam illa fuerit, scribit Francisc. Pisicina in disputatione sua, An statuta fœminarum exclusiva extendantur &c. num. 30. post Crauettam de antiq. temp. in prima parte, quartę partis princip. nu. 95. Cūm omnes probationes circumspetioni iudicis committantur. l. 3. §. 1. ibi: tu magis scire potes, quæ fides &c. ff. de testib. Decius in c. ex literis nu. 12. ex. de probationib.. † Denique interpretationem vltimarum voluntatum (vbi non solum Aduocatos & Iudices, sed etiam Prophetas interdum agere oporteat) curiæ relinquendam esse, cōcludit Crauetta con. 155. in finalibus verbis. † Quare non debent Aduocati, etiamsi contra ipsorum opinionem sit iudicatum, ob hoc iudicibus aduersari, memorabili exemplo Pauli I.C. qui in l. quæsum est. §. cum vir. ff. de leg. 3. commemorat, se in causa quadā fideicommissaria,

in qua postulabat, non id obtinuisse, quod petebat: Nihilominus tamen, sicuti ex eius verbis colligitur, reuerenter & benignè auctoritatem & rationem iudicis aduersus suā ipsius sententiam agnouit & approbavit, Quemadmodum etiam propter similem modestiam collaudatur Craetta ab Hieronymo Zancho in d. §. cum ita. parte 4. nu. 323.

- Hæc autem non ideo adducimus, vt sola autoritate rei iudicatae († quæ permagna apud omnes esse debet, l. i. C. de re iud. l. res iudicata. ff. de reg. in l. i. C. quando prouoc. non est necesse. l. fin. C. sent. resp. non posse. c. exposita ex. de arbitr.) vel solis suffragijs tot clarissimorum virorum, quos paulò ante citauimus, innitamur, c. ego solis, in 2. responso, distinct. 9. Nos enim potius regulas Iuris communis, & receptam à dd. rationem interpretandi voluntates testantium, valere voluimus: † Cùm id non dicatur dubium, pro quo est regula, vt dicit Bar. in l. quoties. ff. si quis cautio. & in l. 2. col. 1. ff. si quis in ius voc. & c. cum concordantiis adductis à Decio in c. translato. col. 2. ex. de constit. in 2. lectura, † & res clara & aperta dicuntur, pro qua stat communis opinio, notant omnes in c. i. ex. 15. de constit. & in l. i. ff. si cert. pet. cum aliis notissimis. † Quare etiam si periculosa res sit interpretari vltimas voluntates, vt inquit Socyn. inter consilia Curtij Senioris con. 40. in prin. & con. 249. in princip. li. 2. quandoquidem solus Deus assequatur voluntatem testantis, vt inquit Bald. in l. i. num. 19. C. de confess. Ferdin. Vasquis de controversi. Illustr. cap. 58. nu. 6. vt pote qui solus sit scrutator cordium, c. erubescant. dist. 32. glof. in l. 2. ff. de interroga. actionib. Barbatia. con. 60. vol. 2. 16. Craetta con. 306. in fine: † attamen si quis veras iuris conclusiones, & approbatam Doctorum sententiam amplectatur, illum in hac materia errare non posse, tradit Rol. à Valle con. 43. in princip. lib. 4. post Iasonem conf. §2. in princip. vol. 3.

Hvīs

## FIDEICOMMISSI HONOLDINI.

Hvīc igitur vię insistentes, omnibus quibus hæc legendi otium erit, perspicuè demonstrabimus, D. Magdalénam filiam Sebastiani Honoldi, à petitione fideicommissi, quod ipsi patruuseius Ioannes disertis verbis reliquit, si frater eius Marcus illa superflite decederet, propter extantes Marci liberos, nulla ratione Iuris excludi potuisse.

A dnostram verò excusationem, quod eruditissimo viro & amico charissimo D. Herdeßiano, nec non cæteris suffragatoribus eius celeberrimis Iuris consultis, in hoc publicè cōtradicimus, sufficere putamus tex. in d. c. ego solis, quem aureum appellat, & adducit Socyn. con. 226. in fine vol. 2. dum se se excusat, quod contra Bald. & Salyc. ibi consuluerit, cuius exemplum sequitur etiam Steph. Bertrandus con. 222. itidem in fine vol. 7.

17. SOLENTE AVTEM OMNES FERE QVI consilia, vt vocant, conscribunt, ab ipso statim initio, argumenta quæ contra se facere videntur, recensere, & illis confutatis, sententiam quam veram putant, melioribus postea rationibus confirmare, ita docet Portius in §. singulorum, vers. illud quæ situm, notab. vlt. Instit. de rer. diuis. & Abbas in c. quid per nouale, not. i. ex. de verb. sig. Hyp. Rimin. con. 112. nu. 3. sed nobis solus labor erit, in confutatione eorum, quæ contra D. Magdalénam opponuntur. Nam ad fundandam eius intentionem, simplex recitatio verborum substitutionis sufficit, & lector testamenti statim habet solutionem quæsiti, iuxta illud Baldi in conf. 32. incip. quidam nobilis colum. 2. lib. i.

TESTATOR enim posteaquam Sebastiano fratri suo alienationem illius pecuniæ interdixit, cuius ipsi vsumfructum, liberis verò eius proprietatem legauerat, & honesto fœnore collocari iusserat, statim reciprocam eorundem liberorum substitutionem, hisce verbis subiunxit.

Nam

„ N A M si ipse liberos relicturus esset, illi ipsi, sicuti dictum est, & subsequenter præfinitum erit, succedere debent, Nominatim, si unus filiorum eius ante alium morte decederet, illius demortui portio ad remanentes eius fratres, (vtitur autem vocabulo: *geschwistert* / quod apud nos tam fratrem, quam sororem significat, sicut etiam in lingua latina dictio frater l. tres fratres, vbi Iason plenè. ff. de pactis l. Lucius §. quæ situm ff. de leg. 3.) integra & tota in proprietate, quando pater ipsorum Sebastianus in viuis foret: si ipse Sebastianus pater ipsorum defunctus esset, in proprietate & usufructu, hęreditariè peruenire debet.

I 8. HÆC oratio certè est clarissima, † quare nulla interpretatio adferri potest, vt melior sensu existat, l. 3. C. de lib. præ-

I 9. ter. nec vlla expositione opus habet, c. si ergo 8. q. i. † adeò vt nec focus coniecturis vel præsumptionibus relinquatur l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. cum multis aliis, quæ ad hoc propositum citat Zuntus in eleganti suo consilio pro vxore nu. 109. & pulcherrimè monet Cicero lib. 2. de Inuentione, Non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui, ne id facere possemus, iudicium nobis reliquerit suæ voluntatis.

P L V R I B V S autem verbis testator mentem suam declarat, quos in hoc legato inter se succedere velit: igitur aliam interpretationem querere non debemus. Socyn. con. 102. nu. 10. vol. 3. quæ soli ipsi testatori conuenit, arg. l. ab executore in princ. ff. de appell.

A D I E C I T verò testator in hac vna eademq; dispositione reciproca, quatuor dictiones taxatiuas, quæ omnes verbum successionis in fine positum, simul respiciunt, vt sunt illi ipsi, sicut dictum, & subsequenter præfinitū erit, Nominatim &c.

20. † Quæ verba certè diligenter sunt consideranda, sicuti admonet Rol. à Valle con. 58. nu. 48. & con. 56. nu. 21. li. 3. Item Hyp. Rimin. con. 173. nu. 20. Taxatiuæ enim orationes, et tantum ponunt,

ponunt, quæ affirmant, cætera autem omnia excludunt, Bal. in l. ita nobis C. ad leg. Iul. de adul. Bar. in l. 1. nu. 1. & ibi Iason. nu. 9. ff. si quis ius dic. non obtemp. Ruin. consil. 36. nu. 2. & con. 133. num. 6. vol. 1. cum aliis adductis in pedem: decis. 167. num. 14. & ab Hyp. Rimin. consil. 115. num. 18. arg. l. qui aliena §. libertas ff. de neg. gest. l. qui sella §. qui actum l. inter actum l. certo generi & l. Lucius in vers. digitum vnum. ff. de seruit. rustic. præd. c. si duo. de procur. lib. 6. cum similibus. Quo casu si adsunt verba taxatiua, successio ad hæredem hæredis non extenditur, Decius consil. 50. 4. num. 8. maxime si sint geminata. ibidem num. 9. & in eodem casu Ruin. consil. 3. num. 26. vol. 2. Bart. in l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib. 11. Rom. in l. si verò §. de viro. 31. fallentia ff. solut. matrim:

P R A E C I P U E autem sunt consideranda arctatiua verba, illi ipsi, vt dictum est, sunt enim personalissima, vt loquitur Baldus, quem refert Iason in l. filius familias §. Diu. nu. 151. ff. de leg. 1. vbi etiam latissimè Ripa nu. 217. & Loazes nu. 188. Vnde cum in præfatione substitutionis ponantur: enixa mentem testantis declarat, quod omnino ad ipsas personas nominatas dispositionē restringere voluerit, Celsus Hugo con. 120. nu. 18. Cotta. in memorabilibus verbo. hæredis appellatione, Gratus con. 19. nu. 3. & 4. vol. 2. Socyn. Iun. com. 54. num. 10. vol. 4. Est enim natura illarum dictionum, vt in substitutione positæ neminem alium, quam eum, qui oculis in testamento legi, nequaquam autem illos, qui per interpretationē subintelligi possent, in substitutione includant, Bart. in l. qui liberis §. hæc verba in fine ff. de vulg. & pup. Alex. con. 173. vol. 5. Socyn. con. 62. nu. 1. vol. 4. Rubeus con. 1. col. 3. Ruin. con. 150. nu. 18. & con. 134. nu. 23. vol. 2. Portius con. 8. nu. 15. & con. 15. nu. 19. & 22. Bursatus con. 64. num. 21. & consil. 170. num. 36. & optimè faciunt ad propositum, quæ 21. notant dd. circa verbum: † ipsummet, in l. 1. ff. de vulg. per B tex.

tex.in l.vnica §.ne autem.C.de caduc.toll.Dilectus Dur.de arte testandi tit.s.caute.la.i.

- Vt autem testator adhuc melius declararet, quas personas huic substitutioni includere vellet: dictio relativa ut dictum est, adiecit, & sicut inferius præfinitum, vel si manus dicere, pactum erit. † Hæc enim verba restrictiva ostendunt in sequenti substitutione nihil aliud venire, nisi quod expressè enumeratur, vt tradit Dec.con.190.num.8, Paris. con.93.num.24.vol.r. Menoch.con.86.nu.71. Hyp. Rimini. con.18r. nu.13, & scribit Fulgos.con.70. quod exprimens filium suum infra scriptum, cæteros exclusisse videatur, maxime autem inspecco verbo paeti, quo vtitur testator, wie hernach bedingt wirdt / erben / per tex. in l. interest ibi: tantum quantum lectio probat. C.de solut.

23. ABSOLVTO hoc proœmio taxatiuo ( † ex quo ratio amplificandę, restringendę, & declarandę dispositionis sumi debet, per tradita à Tiraq. in tract. cessante causa. limi. i. post nu.65. Horat. Mandos: in additione ad Rom.con.16.con.91, & con.328. & Io.Baptista Ferreto.con.284.) Testator dum vult præscribere modum successionis inter legatarios, præmittit verbum, nominatim, Nemblisch/ quare ad solos illos legatum hoc ex reciproca substitutione totum & integrum pertinet (sicuti postea subiungitur) quos testator ibi nominatim vocauit, vulg.l.cum ita. §.in fideicomissio. ff. de leg.2.

24. † Nominatim autem alicui relictum intelligitur, quod aliquibus vel propriis nominibus expressis, vel indubitate signo demonstratis relinquitur. l.i. §.id quod ex substitutione. ff.ad l.Falcid.l. si hæredes nominatim. ff. de leg. i.l. ita liber. §.ff. de statu liber.l. nonnunquam, vbi gl. ff. ad Trebell. Ita etiam hoc aduerbiū, vt nominatim aliquis vocari dicatur, qui proprio nomine vel tali, quod vice proprij nominis fungitur, aucto modo vocatus est, vt inde certitudo resultet, intelligit, Dominus & promotor meus Io.Ronchegallus in l.  
sive

sive à certis personis ff. deduobus reis. Verū licet ista dictio Germanica, Nemblisch/ à nomine deducta videatur: plerunque tamen, accipitur pro particula expositiua: scilicet, vide-  
25. licet, nempe &c. † quę vim præcisam habent, l.cum quidam. §.i.ff. de usuris.l. si in venditione, iuncta glo. ff.com. præd.l. tempus. vbi Iason ff. de re iud. & in l. si tibi. §.personale. ff. de pact. Bart. in l.i.ff. ad l. Aquil. Dec.con.47. nu.2. & con.423. nu.15. Crauetta con.227. ante nu.8. & con.273. nu.9.

S V B S E Q V I T V R deinde vocatio certi alicuius gradus, cui præmissis tot dictiōibus restrictiuis, hoc legatum ex fideicomissio præcisè testator præstitū voluit. l. liberorū. ff. de verborum sig. Nempe quod defuncti viiius ex liberis Se- bastiani ante alium portio, remanentes, id est, superuiuen- tes eius fratres vel sorores tota & integra sequatur, & hære- ditariè ad eas perueniat. Clarissimum igitur est, Marci de- functi portionem, ad superuiuentem D. Magdalena sō- rorem eius, ex voluntate testatoris omnino perrinere, d.l. liberorum.l.tutelas. ff. de cap.dim. & l.hæredes mei. §.peto. ibi: propter gradus fideicomissi præscriptos. ff. ad S. C. Trebell.

Hæc itaque verba testamenti manifestè redargunt, D. Consulentem falso vti præsupposito, dum statim ab initio sui responsi num.8. scribit, testatorem absque singulari personæ alicuius seu gradus prædilectione, liberis cuiusque & eorum descendantibus primò, & postea cognationi suæ prouidere voluisse. Ab hoc enim tanquam capite erroris, cæterę oēs imaginatę & falsę illationes originem deducunt,

26. quia confunduntur termini à testatore obseruati, † nec di- stinguitur, quando fratres & personæ certorum graduum, vt hic, vel familia, cognatio, seu posteri vocantur, cùm tamē inter utrāq; dispositionem, maximum sit discrimen, cuius diligenter nos admonet Molyn. in additione ad Alex.con. 204.lib.2.& con.26.lib.3.

**P O S T E A Q V A M** autem manifestum fecimus, quod **D. Magdalena** circa portionem defuncti fratri sui Marci, tanquam soror superuiens, expressam habeat testatoris voluntatem, liberi verò Marci laborent de extorquenda tacita: videamus qua ratione seu prouisione iuris, illuc aspirare possint.

**27. † A N T E** omnia autem considerandum est, tria esse principalia capita huius legati, quod in controversiam ab aduersariis vocatur.

**P R I M V M**, in quo testator Sebastiani fratri sui filios legato isto honorauit.

**S E C V N D V M**, vbi legatarios reciprocè inter se substituit, quam partem dispositionis paulò antè examinavimus.

**T E R T I V M** caput continet secundam substitutionem, scilicet testatoris fratrum sororumque, & vniuscuiusque filiorum in capita, casu quo Sebastianus frater sine liberis decederet.

**P R I M O** igitur inspiciendum est, an ex priori capite Marci quoque liberi vocati fuerint, scilicet ex verbis legati, & dispositiue, vt succederent, vel iure proprio, vel ex transmissione, & in locum parentum suorum, idque ordine successuio.

**S E C V N D O**, an substitutioni reciprocæ includantur conditionaliter, & eiusmodi inclusio habeat etiam vim dispositionis & vocationis, vel an saltem subintelligebeant, ad excludendos substitutos, & vt ipsis ius legitimè successiois in isto legato saluum esse possit.

**T E R T I O**, an verò tales sint personæ, quæ ex præsumpta mente testantis excludant substitutum.

**Q V A R T O** & ultimo, an **D. Magdalena** à portione fratri sui per ipsius liberos causa æqualitatis seruandæ remouetur.

-C I - A U

**E X**

**28.** Ex hac sufficienti partium enumeratione († quod optimum argumentum esse in iure dicit Angel. Aret. Instit. de oblig. quæ ex maleficio nasc. per tex. ibi: & notant dd. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui &c.) liquidissimè demonstrabitur, quis iustiùs induat arma &c.

**P R O** resolutione prioris quæstionis referēda sunt ver-

**29.** balegati, quæ, vt inquit Imp. † subtilius & diligentius sunt consideranda, §. nosigitur. Authen. de restit. fid. & scribit Bald. in l. si cum dotem. §. si pater, in fine, ff. sol. matr. cautè inspicias verba testamenti, & in con. 122. li. 1. in fine scribit, quod sāpe decipiuntur Magistri & Scholares, & maximè quando nō ponderant verba testamentorum, quæ in se magnum pondus habent, ad cognoscendum: quid est: copiosè Tiraq. in l. si vnquam, verbo libertis, num. 10. C. de reuoc. don. sic autem cantant:

„ **P O S T E A** mando & lego Marco, & Christophoro Honoldis Fratribus, & Magdalena ipsorum sorori, omnibus dilecti fratri mei Sebastiani Honoldi filiis ex eius corpore in matrimonio genitis, quos hoc tempore viuentes habet, & etiam omnibus eius filiis corporalibus in matrimonio natis, quos in futurum cū presenti sua legitima vxore vel cæteris suis futuris legitimis coniugibus in matrimonio habitus est, ad æquales partes in proprietate, népe: sedecim millia aureorum Rhenensium in auro &c.

**E X C E L L E N T I S S I M V S** D. Menochius in suo con. 200. num. 8. ex doctrina Iasonis in l. Titius, num. 12. ff. de lib. &

**30.** posthum. tradit † nominationem altero de tribus modis fieri, vnam esse generalem, scilicet quando sub nomine collectio plurimorum graduum, aliqui vocantur, quale apud

**31.** Latinos videtur esse nomen liberorum. Id enim veluti genus, sub se filios nepotes, & vltioris gradus descendentes complectitur, d. l. liberorum, ff. de verb. signif. vbi Alciat. & in l. iusta, ff. e. l. 2. §. hæc autem constitutio. ff. de excus. tur. zop

B 3 l. fi

1. si dotali. ff. sol. matrim. Card. Palæothus in tract. de nothis & spuriis, cap. 19. nu. 9. Arius Pinelus in l. 3. C. de bon. maternis. vbi ante nu. 33. tradit idem significare liberos, quod posteros secundum receptam doctrinam Barto. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de li. & posthu. Et ad hoc, quod appellatio liberorum, tanquam nomine collectivo oes in infinitu contineantur, multos adducit idem Menoch. con. 85. nu. 1.
32. A L I O modo quis vocatur + sub nomine appellatio filiorum, quo casu ex propria significatione vocabuli nepotes non veniunt, l. quid si nepotes. ff. de testa. tut. §. fin. Insti. qui test. daret ut poss. quoniā filij, sunt iij qui in primo gradu descendenter existunt l. i. §. primo gradu. ff. de grad. affin. & Insti. eo. in princip. l. i. §. queritur. ff. de ventre inspic. l. Senatus consultum. ff. de ritu. nup. l. Gallus. §. primo. & §. instituens. ff. de lib. & posthum. l. posthumorum. ff. de iniust. & irr. test. Moly. ad Alex. con. 1. lib. 1. Phannuccius delucro dotis gl. 5. nu. 27. Io. Bolognetus. con. 15. num. 30.

Q VAM V I S plures cōtendant, ex lata significatione vocabuli filiorum, etiam nepotes cōprehendi. l. filij. l. iusta. ff. de verb. signif. quod cōmuniter receptū esse concludit Anto. Gabrielius li. 6. tit. de verb. signif. cōclus. 1. & Hercules Syllester, inter consilia Io. Mariæ & Iacob. dē Rimini. cō. 774. quorū vterq; infinitas autoritates congregauit, Imò Tiraq. de Iure prim. q. 40. nu. 15. videtur sentire, nepotes propriè dici filios, sed quando hoc verum sit statim videbimus.

T E R T I O fit nominatio alicuius, per verbū singulare, seu indiuiduum, id est, nomine proprio, de quo Bart. & dd. in d. l. siue à certis. ff. de duobus reis, & in l. turpia. §. fin. vbi etiam Iaf. ff. de leg. 1. Menoch. d. con. 200. nu. 10. & conf. 173. nu. 2. Hoc aut̄ modo, id est, expresso nomine, ad legatum vocata fuit D. Magdalena, vnā cum fratribus suis Christophoro, & Marco Honoldis. Quandoquidē autem testator nō solū nominatos istos liberos Sebastiani fratris sui, sed etiam eos, quos

quos futuro tempore ex legitimiis nuptiis suscepturnus esset, equaliter legato honorauit: igitur cōtendunt aduersarij, sub nomine illo, fīnder/ etiā liberos Marci, si is ante testatorem dececessisset, ad patris ipsorū portionē vocatos fuisse, & inde colligi, quod testator non solū ad liberos fratris sui primi gradus, sed etiā ad oes eius descendentes, affectionem & respectū habuerit. Quæ quidē declaratio propensi animi erga descendentes vniuersitatisq; librorū fratris sui, tam ppetuam vocationē ordinis successui inter eos, q; etiam transmissiōnem fideicōmissi cōditionalis, si casus obtigisset, operari & inducere posset, per ea q; leguntur apud Bal. in l. vnicā. C. de his quæ ante aper. tabu. Socy. in l. hæred. mei. §. cum ita. nu. 13. ff. ad Trebel. & con. 6. nu. 12. vol. 3. Dec. l. 1. nu. 7. C. de insti. & substit. & con. 379. Comens. con. 13. Curt. Iun. cō. 17. & cō. ii 4. Ruin. con. 145. nu. 6. & con. 139. nu. 5. vol. 2. Iaf. cō. 154. vol. 4. Crauet. in l. cum filiofamilias 2. parte nu. 347. ff.

33. de leg. 1. + Sed cūm difficiilius admittatur transmissio, quām quod liberi censeantur in conditione esse positi secundum Zanch. in d. §. cum ita. parte 4. nu. 235. Marci aut̄ liberi sex voluntate testatoris ad obtainendam paternam portionem, concedendū fuisse ius transmissionis, quod minūs eis competere videbatur. Igitur multo magis, ne ab eadem portione per substitutam Magdalenam excludantur, pro tacite in conditione positis, habendos esse, argumento sumpto de minori ad maius. l. fin. iuncta glos. & ibi lo. de Platea. C. qui ætate vel profess. se excus. lib. 10. cum aliis adductis per Nicolaum Euerardum in loco à minori.

O M N I S aut̄ hæc argumentatio laborat vitio æquiocationis. Aduersarij em̄ verba appellatiua & specialia fīnder/ sumunt, p generalib. & verè collectiuis, tam graduū, quām personarū, quale est vocabulum liberi, per supra dicta nu. 37. aut vocabulū hæredes & successores l. fin. C. de hæred. instit. l. sciendum. ff. de verb. signif. de quibus notat Iml. & Alex. inl.

in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Aut si testator dicat descendentes Bart. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. Socyn. in d.l. Gallus §. quidā rectē. Bald. in c. r. quid sit inuestitura. Alex. con. 159. lib. 2. vel si vtatur nomine cognitionis aut familiæ, secundūm Alex. in apostilla ad Bartol. in l. liberorum. ff. de verb. signif. Socyn. in d. §. quidā rectē. l. fin. C. de verb. signif. eandem vim quoque habet dictio: stirps seu progenies l. pecto. §. fratre. ff. de leg. 2. Bald. in l. si quis in suo. in princip. per illum text. C. de inoff. testam. & in l. fin. ibi: progeniem. C. de Iure dot. vel vocabulum consanguinei l. r. in fine, cum l. seq. si. de suis & legit. Bart. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de adq. hær. & plura alia exempla collectiuorum adducit Tib. Decian. con. 10. num. 13. vol. 3. Ex his enim & aliis similibus verbis rectē infertur, quōd testatoris affectio ad omnes illos, qui sub eiusmodi collectiuis vocabulis comprehenduntur, in infinitum sese extendat. Vnde omnes, qui sunt ex ea cognitione, perpetuo aliquo fideicommisso, ordine tamen successu vocati censemur, gl. & dd. in l. cum ita §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. in d. §. quidam rectē, in d.l. pecto. §. fratre. ff. de leg. 1. & in d.l. fin. C. de verb. signif. Cum distinctione tamen, quam affert Cumanus in d. §. in fideicommisso num. 4. vers. oruedete &c. scilicet an simpliciter fuerit relictum familiæ, vel etiam adiectum sit, ut remaneat in familia.

LONGE aliter sese reshaber, quando testator non vñsus fuit aliquo vocabulo verè collectiuo plurimorū graduum, sed per verbum appellatiuum ad certas personas dispositiōnem suam restringit, puta, si quis fratrem instituat, vel filium propriè sumptum. Tunc enim nominatim ad personam, non ad posteritatem videtur respexisse, l. Titius, in princip. vbi Bart. ff. de lib. & posthum. & Iason quoq; nu. 12. & in l. turpia. §. fin. sub finem. ff. de leg. 1. Ruin. in d. §. quidā rectē. nu. 27. & con. 134. num. 24. vol. 2. Alex. con. 123. nu. 1.

lib.

lib. 1. Molyn. in addit: ad Dec. con. 248. litera E. Cephalus 34. cō. 262. nu. 13. † Quarè à nomine restricto ad certū gradum seu personā, nō rectē extenditur dispositio ad alios, Craueta in hac materia à recentioribus. vbiq; ferè citatus cō. 180. nouè & clariū quām cæteri D. Menochius con. 173. nu. 13.

LVCVLENTER aut, imò ad oculum demonstrari potest, testatorē fratri sui Sebastiani liberis primi tantūm gradus, quos post priores nominatos legitimè suscepturus esset, vñà cum nominatis, proprietatem sedecim millium aureorum æqualiter legasse. Quamvis enim pleriq; velint, nomen filiorum esse collectiuum, comprehendens tām nepotes, quām omnes descendentes, quos citant Gabrielius li. 6. tit. de verb. signif. & Hercules Syluester inter cōfilia Io. Mariæ & Iacob. de Riminal. con. 774. Alij tamen non minori numero communem opinionem in contrarium esse scribunt, & quod appellatione filiorum in dubio non veniant nepotes, etiam in casu, vbi filij ad eorum commodum vocati, nō autem grauati essent. Ita firmiter concludit Bellonus, con. 50. quem refert & sequitur Villalobos in com. opin. verb. filiorum appellatione, secunda ampliatione, nu. 143. Cephalus con. 607. num. 54. Horat. Mandos ad Roman. con. 438. Ioachim. Myns. §. vlt. Instit. qui testam. tut. dar. poss. Connanus in commentariis iuris ciuilis lib. 10. ca. 1. col. 5. quireceptiōrem hanc esse sententiam testantur.

IMO certum esse, quōd appellatione filiorum non comprehendantur nepotes in dispositione facta ab aliquo trāsversali, concludit Alciat. con. 526. nu. 4. Socyn. con. 37. nu. 19. vol. 4. & idem Socy. con. 152. vol. 1. vbi dicit se nunquā vidisse aliquē contrarium dicentem, quos refert & sequitur Zanch. in d. §. cum ita, parte 4. nu. 193. vbi etiam Ripa post nu. 64. pulcherrimè & latissimè etiā hoc probat Hyp. Rim. con. 246. nu. 91. Rol. à Valle con. 43. nu. 38. vol. 4. & Gerard. Mazollus con. 108. num. 55. demum etiam Tib. Decian. in

C elegan-

- eleganti Apologia sua contra Alciat.cap.17.nu.13.& seq.vbi allegat Vallam multis hoc probantem.con.42.Tiraq.audem in l. si vnquam.verbo: suscepit liberos.num.266.C.
35. de reuoc.don. † scribit,ridiculam esse rem, ut nepos pro filio fratris sumatur,cùm illa vox in tali significato sit recens & Iurisconsultis vel Imperatoribus, quorum leges habemus,nunquam cognita.

*Q*væ sententia proculdubio vera est, quando (prout in nostro casu) agitur de relicto à patruo magno, sicuti post Aretin.con.145.tradit Curt.Iun.conf.75.nu.5.Socyn.Iun.con.146.antenum.13.& con.149.col.2.vol.2.Zançhus loco iam iam citato,& Didac.Couar.practicarum q.38.verf. decimo appetet ferè ex consensu omnium &c.

36. *N*ec obstat † huic receptæ cōclusioni text.in l.Lucius Titius qui fratrem.ff.de h̄ere.instit. quem D. Hercules Syluester in d.con.774. opponit, sequutus Gozad.in cō.4. qui autore Bartolo.in d.l.liberorum, & in d. §.instituens, putauit, Scæuolæ fuisse sententiam, quod testator in casu d. l. Lucius, dum fratris sui filium, filiāmū natum natāmū in conditione substitutionis posuit, non solūm primi, sed etiam vltioris gradus liberos substitutis prætulerit. Horum enim sententia apertè refellitur ex text. in l. Seruius. ff. de verb. signif. vbi Pomponius Iurisconsultus testatem , qui filio filiisque tutores dederat, omnibus liberis prospexisse dicit, de vtroque sexu, non de quo cunque gradu sentiens: quia contradiceret l. quod si nepotes. ff. de testamen.tut. Ita etiam Scæuolain hoc responso d. l. Lucius, conditionem filij filiæue fratrib, vnicō vocabulo congruentiū efferre non potuit, quām per verbum, liberos, non quōd putaret testatorem etiam de nepotibus sensisse, quem apparebat, significationem vocabuli filiorum (quod aliás etiam fœminas comprehendit l. si quis ita. ff. de testa, tut.) magnō etiam studio restrinxisse, dum signanter conditionē ita

- ita conciperet, si filium filiāmū &c. Igitur vt hunc vtrung; sexum elegantiū, nec iisdem repetitis verbis pronuntiaret, liberos dixit, sicuti docte animaduertit Alci.in d.l. Seruius. Et quod non solūm in d.l. Seruius, sed aliās quoq; in iure, di-ctio,liberos, aliquādo accipiatur pro filiis, & ppioris gradus liberis, indicat l. moris. ff. de p̄c̄n.l. Diuo. C. de quæst. Quare ex d.l. Lucius necessariō nō inferri potest, quia Iuriscl. vsus est vocabulo liberorum, quod testator sub p̄cedentib. verbis : filium filiāmū, natum natāmū, de nepotibus senserit aut voluerit, nepotes parentum locum ingredi, & ad patrui magni relictum cum primo vocatis aspirarē posse, contra receptam alioquin dd. sententiam allegatam à Couarr. d. q. 38. quę subterfugio distinctionis, inter vocationem agnatorum, & filiorū cuitari non potest, sicuti putat Hercules Syluester in d.con.774. Imò nemo dubitat, quin lögè strīctior sit interpretatio facienda dictionis, filiorum, quām agnatorum, quemadmodū de filiis, sunt tex. in l. filium definimus. ff. qui sunt sui vel alieni iuris.l.2. §. nō solūm. ff. de excus. tut. l. cum pater. §. hæreditatem.l.1. ff. de leg. 2. & in l. Gallus, §. instituens. ff. de lib. & posthum. † Agnatorum verò appellatio multò latiū patet, & comprehendit omnes illos, qui ex eadem gente, & domo proditi sunt. l. pronuntiatio. §. familiæ. de verb. signif. Itaque si per verbum familiæ vel agnatorum collectiū vocati, ex communi sententia non admittuntur cum superstibus patruis vel amitis, vbi agitur de relicto à patruo magno; multò minūs si filiis legitum est, quod collectiū personarum, non graduum esse, suprà ostendimus ex Ruino. con.163. numer.13 vol.3. ita etiam argumentatur idem Couarr. var. resol. lib.3. cap.5. vers. secundum. Et ad text. in d. l. Lucius: habetur alia quoq; responsio apud Hyp. Rimin. d. con.246. nu.104. & sequ. Interim tamen non negamus, aliquando ex adiectio-ne aliorum vocabulorum controuersum fieri, an vocatione filiorum

filiorum etiam ad nepotes portigatur, vt innotat Molyn. ad Alex. cō. r. li. r. vbi fatetur ex ppria vocabuli significatione id non euinci, nisi alia coniecturæ accedant, puta si filij numero plurali in genere, & qui futuro tempore exstare possent, proferantur, præsertim, si de cōmodo ipsorum agatur, neq; aliud absurdum inde sequatur. Maximum autē argumentum præbere, quādo verbum, filij, additur ad augendū, & continuandum gradus substitutionum, Inde enim apparet, testatorē ad cōseruationem agnationis vel cognationis suæ respexisse, sicuti eundem Molyn. refert & sequitur doctissim. Hyp. Rimin. conf. 23. nu. 70. Quæ omnes allegatae circūstantiæ, excepta posteriori, in hoc nostro legato adesse quidē videntur, quandoquidem omnibus Sebastiani fratris filiis, non solum quos in præsentiarum & tempore conditi testamenti ex vxore sua natos habebat, sed etiā quos futuro tempore ex illo eodem, vel alio matrimonio suscepturnus esset, legatum fuerit. † Verūm eiusmodi coniecturæ per alias vrgentiores facile tolluntur. l. Diuus. ff. de in integr. restit. l. licet Imperator. ff. de leg. r. l. non solum. §. denuo. ff. de rit. nupt. cum similibus.

**F O R T I S S I M A** autem est, quando testator aliter filios primi, aliter vltioris gradus in testamento suo nominasse deprehenditur: quod hic testatorem nostrum fecisse manifestè apparet; In cæteris enim omnibus testamenti partibus cùm dispositiū loqueretur: **Kinder** / id est, filios dixit: Verūm vbi primis illis vocatis, collaterales substituit, sub conditione, si sine liberis decederent, semper vsus est plenissimis vocabulis, legitimorum ex corpore descendantium hæredum, ab eiusmodi autem verbis tam amplis, in toto hoc nostro legato vbique sibi temperauit, semper **Kinder** / vel **Eheleibliche Kinder** / id est, filios, vel legitimos corporis filios appellans, ita vt duodecies non alia, quam illa eadē vocabula ingeminaret, & inculcaret: quod aperte

apertè ostendit, testatorem scitissimè filios primi, ab ultioris gradus liberis, propriis semper vocabulis secernere voluisse.

39. Non sunt igitur termini, t̄ quos ipse testator aliàs discrevit, confundendi l. cohæredi §. qui discretas. ff. de vulg. Io. Maria. Rimin. con. 190. nu. 15. Et per hoc tollitur secundūm Ruin. con. 131. nu. 4. lib. 2. obiectio, quā D. Herdeßianus nu. 20. affert: quasi testator his vocabulis filiorum legitimorum corporis, nec non descendantis linea hæredum promiscuè pro synonimis vsus fuerit: cuius contrariū lectio testamenti manifestè ostendit; In aliis enim testamenti partibus legitimi corporis filij parētibus vulgariter substituuntur, eorumdem verò substitutorum in descēdenti linea hæredes in cōditione ponuntur, & sic his collectiū nominatis, reseruata fuit legitima successio ab intestato, secundūm gl. communiter approbatum, ind. l. Lucius ff. de hær. instit. illi verò sub nomine appellatiō substituti, succedebant ex iudicio & dispositione testatoris, prout etiam distinguit Alexan. in l.
40. Gallus §. etiamsi parente ff. de lib. & posth. † Non possunt igitur diuersæ illæ appellations pro Synonimis accipi, quibus testator diuersos effectus attribuit, l. si idē. C. de codicil. sed potius necessariò dicendum venit, filios vocatos esse per nomen speciei, descendentes verò in conditionem positos, per nomen generis l. cum ita legatum §. in fideicommisso: ff. de leg. 2. l. quoties duobus in princip. ff. de hær. instit. l. hærides mei §. fin. ff. ad Trebell. Angel. con. 306. quem communiter sequuntur dd. in d. §. etiamsi parente teste Iasone ibidem nu. 32. Quod in terminis quoque nostris considerant: Simon Prætus con. 90. num. 27. & acerrimi iudicij consultor Tib. Dec. confi. 44. num. 33. vol. 3. & in sua Apologia contra
41. Alciat. cap. 17. num. 14. † Nempe si testator in dispositione vtatur vocabulo descendantium, filios autem in conditione ponat, tunc non haberis pro Synonimis, neq; parem esse

- vtriusq; vocabuli significationem. Quotiescunq; enim testator specialiter de filiis, & separatim de filiorum filiis mentionem facit, in primo casu de certis personis, in secundo autem collectiuè eum disponere voluisse, nō est dubium, ita Ruin.con.101.num.9.10. & 11.lib.2.vnde clare colligitur testatorem in eodem significato vocabulum filiorum, etiam in hoc legato accepisse, sicuti in præcedentibus & sequentibus dispositionibus fecerat: & si nepotes vel pronepotes cōprehendere voluisset, illos procul dubio eodem modo exprimere sciuisset. l.vnica.§.sin autē ad deficientis.C.decad. toll.l.si seruū.§. nec dixit prætor.ff.de adq.hær.c.ad audienciam ex. de decim. † Nam tradunt dd. pro regula, quando verbum, quod vel latā, vel strictam interpretationem recipit, in aliqua dispositione simpliciter ponitur, vt hīc, dictio, filiorum, in alia verò parte testamenti, idem vocabulum semper certam quandam significationem habuit, tunc eius interpretationem in illo loco, vbi dubia esse potuisset, prioribus velsequentibus conformem esse debere, Bartol.in l. centurio.nu.27.ff.de vulg.per l.si seruus plurium.§.fin.ff.de leg.2. quam Bartoli regulam approbat Angel.in confi.125. num.4. etiam in casu, vbi à propria vocabuli significatione recedendum esset, Corneus con.230. nu.6.vers. Item circa hanc primam &c. & nu.9. lib.3. & in specie quando testator diuerso modo de filiis & liberis disposuit, tradit idem Corneus con.304.eo:lib.3. & quasi in ipsa nostra Hypothesi Ottolapus inter consilia Socyn.con.152.nu.4. Gozad.con.29. vers.septimo adduco, & Socyn.Iun.con.168.nu77.vol.2.vbi ait: † Sitestator in aliqua parte testamenti vocavit nepotes, filios filiorum, & postea in alia parte profert verbum filiorum simpliciter, non censetur de nepotibus cogitasse, quod probat etiam textus in l.2.§.nōn solum.versic.hē autem ex constitutionibus ff.de excus.tut.

- PRÆTEREA in considerationem quoq; venire debet, quod testator nominatum legauerit filiis Sebastiani fratris 44. sui, † quare non debent subintelligi filij Marci, secundum Cephalum con.607.nu.61. & ante ipsum Alex.con.56.nu.3. lib.5. & in l. Gallus.§.instituens. col.penult.ff.de lib. & posthum.vbi etiam Cumanus, Item Corn.con.199.col.10.vol.2, Bartolus quoque con.133.
- OMNEM autem dubitationem nobis eximit, (an sub vocabulo, Kinder/comprehendantur nepotes) ille ipse vsus 45. loquendi & idioma linguae Germanicæ, † cùm non ex opinionibus singulorū, sed ex communi vsu verba exaudienda sint.l.labeo.vbi Bart.ff.de suppel.leg.quare omnis interpretatione pro absurdā & sinistra haberi debet, quę non consonat auribus vulgi.c.ex literis ex.de sponsal.Socyn.conf.89. prope finem lib. 4. Cephal.con.40. nu.51. Imò communis vsus loquendi omni regulæ seu constitutioni preferendus est, gl. notab. in l.liberorum appellatione. §. quod tamen Cassius, in verbo, non continebūtur. ff.deleg.3. pro qua gl. facit tex-tus in l.semper in stipulationibus. la.i.ff.de reg.iur.l.cum de lanionis, §.afinam.vbi etiam gl.ff. de fun.instr.Bar.in rub.ff. de op.no.nunc.Iason in l.talis scripture, nu.22.ff.de leg.i. & in d.l.Gallus.§.etiam si parente.nu.21.& in l.2.§.appellata in fine.ff.si cert.pet. & in conf.51.col.2. in fine lib.3. Bald. con. 245.in fine lib.2. Alex.con.248.nu.4.lib.6.con.131.nu.4.lib.7.Socyn.con.6.lib.1.& in l.2.nu.9.ff.de reb.dub.

- NOTISSIMA verò Germaniæ nostræ superioris con- 46. suetudine, † appellatione Kinder, eos tantum liberos intelligimus, qui sunt primi gradus, & qui se habent relatiuè ad patrem, non ad auum; Nemo enim est, siue literis imbutus, siue earum expers, qui interrogatus de nepotibus sub nomine Kinder/ interrogantem non statim emendaret, & dice-ret filij sui, non suos esse filios, Sueorum enim idioma (quo Augustæ in loco cōfecti testamenti vti-mur) per vocabulum ~~de corp~~ Kinder/

**Kinder** / nunquam solet nepotes intelligere , sed eos vel **Kindeskind**/ id est filij filios , vel **ānīcīlin** appellat, Cuius rei locupletissimum habemus testem ipsum D. Zasium in con. 7.li.1. & iterum in tract. substit. cap. vlt. in explicatione conditionis , si sine liberis , quem refert & sequitur Socyn. Iun. consi. 30. num. 11. lib. 3. Quod quidem etiam si populariter

47. omnibus & per se non esset notum, † credi tamen oporteret doctori tam insigni , quandoquidem de communi hoc vsu loquendi tam consulendo quām legēdo attestatur Durans: **cautela** 35. tit. de substit. Hercules in tract. quis ten. prob. negat. nu. 302. vers. restringerem infra scriptis modis, Et plures alios ad hoc citat Viuius in com. op. 88. incip. Doctori famoso &c. ita etiam sentit Parif. con. 105. col. 2. lib. 4. Crauetta con. 166. nu. 9.

E o d e m modo etiam in lingua Italica vocabulum vul-  
48. gare, † figliuoli, de primi gradus filiis communiter intelligi-  
tur, nec sub eo nepos continetur teste gl. in verb. filios §. cum  
igitur, in aucten. de nō elig. sec. nub. & in gl. pen. §. fin. instit.  
qui testamento tut. dari poss. sequitur: Signorol. consil. 247.  
prope finem & Iason in d. §. instituens col. 5. vers. confirma-  
tur quarto. Rol. à Valle. d. con. 43. nu. 29. lib. 4.

A c c e d i t autem hīc etiam illud, quod testator dicit:  
Si verò ipse Sebastianus frater meus liberos non relinque-  
ret, quæ verba, ipse Sebastianus, sunt specialissima, vt loquū-  
49. tur dd. nec vlo modo ad liberos Marci trahi possunt. † Hoc  
enim pronomē, ipse, habet præcisam aliquam ac veluti per-  
sonalem demonstrationem eius rei, cui adiicitur. Vnde fa-  
cta alicui potestate, quōd ipse rem aliquam quandocunque  
reluere possit, nequaquam trahitur ad nepotes, sicut latè  
probat Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 6. nu. 25.

B E N E etiam facit ad hanc nostram questionem doctri-  
50. na Baldi in con. 12. vol. 3. vbi vult, † quando gradus certus nō  
potest exprimi, nisi adiecto aliquo, veluti in patruo magno,  
quod

quōd tunc patruus simpliciter nominatus, de patruo ma-  
gno non debeat intelligi. Ita quoq; cùm nepotes in lingua  
Germanica **Kindesfinder** dicantur , simplex vocabulum,  
**Kinder** / nullo modo vltioris gradus liberos comprehen-  
dere potest.

Nec meliorem causam liberorū Marci efficit, & vt quōd  
magis ipsi quoq; in prima parte legati, sub verbis, auch allen  
seinen eheleiblichen **Kinder** ic. contineantur, quia talia ver-  
ba futuri temporis tractum habeant, & ex euētu liberorum  
vel primi vel secundi gradus, post mortem Sebastiani fratris  
relictorum, interpretationem accipient. Licet enim pleriq;  
regularē esse velint, † si verba à testatore in futurum aliquem

euentum conferantur, ita vt dubium esse possit, an tempore  
cedentis legati, filij vel nepotes superfuturi sint, tunc appella-  
tione filiorum etiam nepotes venire, cuius opinionis an-  
te signanus ferè est Imola, in l. Gallus. §. instituens, & ibi  
quoq; Alex. Socyn. Iason, Ruinus, & Parif. ff. de lib. & posthu-  
cum multis aliis, quos refert Gabriel. tit. de verb. signi. con-  
clu. i. num. 36. Alij tamen constanter hoc pernegant, scilicet  
Rom. consil. 438. num. 15. Aret. con. 145. & Socyn. con. 73.  
numer. 19. vol. 4. dubiam etiam hanc opinionem relinquit.  
Curt. Iun. con. 57. nu. 11. & con. seq. nu. 5. pro quibus est text.  
clarus in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2.

V T C V N Q V E autem hæc quæstio apud dd. se se habeat,  
tamen aliter locum non inuenit, quām in testamento latine  
conscripto, vbi vocabulum filiorum propter intellectum,  
quem attribuunt textui in s̄epe all. l. Lucius. ff. de hær. instit.  
probabiliter, & ex coniecuris, ad nepotes trahi posse volūt.  
Cessat autem hæc dubitatio, vbi testamentum in lingua vul-  
gari conditum est; Ibi enim proprietatem linguæ vulgaris  
sequimur: quia communis vsus loquendi proprium dat si-  
gnificatum verbo, atque interpretationi iuris derogat, ita  
Christoph. de Castellione, con. 28. & egregie Ar. Pinelus in  
D I. I.

52. i.r. parte. 2. nu. 50. C. de bon. mater. vulgares tamen sermones vulgariter sunt interpretandi, latini autem secundum artem lingue latine, sicuti docet Bald. in l. lege 12. tab. ad finem, C. de leg. hære. & copiosius Rom. cō. 4. & cō. 30. nu. 15. vbi multos ad hoc citat Mandonius, & in his nostris terminis, q̄ nomen filiorū ex cōmuniū suū loquendi interpretandū sit, respondet Alex. con. 26. vol. 3. & alibi sāpe, nempe con. 2. nu. 17. con. 9. nu. 4. con. 82. nu. 2. vol. 1. cō. 5. nu. 11. li. 3. con. 37. nu. 17. vol. 6.

DENIQUE vt lector intelligat, argumentorum copiam nobis superesse, etiam hoc addemus, quod si testator voluntatem suam latinē cōscripsisset, & vera atq; indubitata esset illa interpretatio, vt in dispositione collata in futurū aliquē euentum, filiorū appellatio nepotes contineret, quod mor- dicus defendit Molin. in addit: ad Alexan. con. 1. lib. 1. & ad Dec. con. 95. Attamen non aliter sic vocatos nepotes admittendos esse omnes fatentur, quām si tempore cedentis legati, reperiantur in rerū natura. ita Io. Andr. in addit: ad Spec. in rub. de testam. col. pen. vers. Itē Lambertinus, vbi in tertio

53. dubio concludit, t Substitutionem factam de filiis alicuius, non inuenire locū in filiis, qui non erant nati, nec concepti tempore, quo dies substitutionis cedit. Nā cūm eo tempore non sint in rerum natura, habentur pro non scriptis. l. 1. §. & cum triplici. C. de caduc. toll. l. interuenit. ff. de leg. p̄st. d. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Socyn. in l. si cognatis. nu. 5. & 30. ff. de reb. dub. Alex. con. 184. vol. 2. & con. 13. nu. 4. vol. 4. Curt. Iun. con. 57. nu. 11. Dec. con. 38. col. 4. con. 217. in fine. con. 253. col. fin. cō. 445. nu. 20. Rom. con. 408. con. 134. nu. 5. & con. 231. Crotus. con. 349. Torniellus inter consilia Portij. con. 43. nu. 29. Beroius con. 122. nu. 1. vol. 2. latissimē Menochius con. 200. Rol. à Valle. con. 70. vol. 3. Hyp. Rimi. con. 75. & d. con. 246. nu. 43. Cephal. con. 3. num. 36. copiosè Nicolaus Valla de reb. dub. tract. 4. qui demum eleganter concludit hisce verbis: Quis enim affectus, quis concursus

volun-

voluntatis, quod iudiciū, quā certa & legitima voluntas, vel testatoris, & donatoris esse, aut intelligi, dici, existimari, vel fingi potest, erga illū, quem nec nominare, nec videre, nec audire potuit, nec nomen eius testamento adscribere, quid naturē magis contrariū? etc. Constat autem, Marci liberos nec tempore testamenti, nec cū testator obiret, & sic proprietas legati cederet, deniq; nec tempore mortis Sebastiani, quo viusfructus quoq; ad proprietatem reuertebatur, vel cōceptos, vel natos extitisse. Manifestē igitur patet, eos, neq; ex verbis testatoris, neq; ex interpretatione iuris, ad relictū illud 16. milliū aureorū iure legati & proprio vocatos dici posse.

IMO rectē dicimus, illos à testatore expressè etiā exclusos fuisse: quādoquidē eos tantū liberos succedere voluit, quos Sebastianus frater eius relicturus esset. Dū sic loquitur: dann so er kinder verlassen wir di/sollen dieselben/wie gemeldt ic. i.

54. Nam si ipse liberos relicturus esset, illi ipsi succedere debet, sicuti dictum est &c. t Verba autem, filiorum quos reliquerit, omnino sese referūt ad tempus mortis secundum Iacob. de Arena Alber. & Castr. nu. 6. in l. ex facto. §. si quis autē ff. ad Treb. Socy. Sen. in l. solemus. nu. 6. ff. de cond. & demō. Rui. cō. 126. nu. 12. vol. 1. Et ita se habet cōmuniū opinio, sicuti p̄bat claris. Aule Impialis referēdarius. D. Gail. obser. 136. li. 2. Quarē secundū hanc interpretationē ipsiusmet testatoris, omnino ad tempus mortis Sebastiani referēda sunt illa priora verba legati, cū testator vocat filios Sebastiani, quos cū præsentivō, vel futuris coniugibus habiturus esset. t Quāuis Emanuel Costa: in c. si pater. i. parte. verbo: si absq; liberis, nu. 18. & 19. de testam. in 6. nullū discriminē esse velit, si testator dicat, cūm liberos habuerit (sicuti in priori parte nostri legati verba habent) vel si dixerit, si cū liberis decesserit, aut liberos reliquerit (prout sonant verba secundā partis, relatiū tamen ad priorem) Aequalem enim horum verborum interpretationem esse dicit, non secūs ac si testator dixisset,

liberos

D

sifilios

si filios habuerit tempore mortis suæ, allegat Bartol. in l. liberorum. nu. 18. ff. de verbo. signif. & in eodem sensu accepisse dicit Bar. conditionem in l. Lucius. la. 2. ff. de hær. instit. Et pro eisdem accepisse has duas conditiones: si sine liberis decesserit, si liberos non habuerit, scribit Baldum & Alex. Illum in l. precibus col. pen. versic. tertio gl. dicit. C. de im- pub. & al. substit. hunc in con. 10. nu. 12. lib. 4. adducit etiam Raph. Cuma. in l. in substitutione, ad finē: ff. de vulg. & pup. vbi ex proposito contra Io. de Arena: & Alb. in d. §. si quis autem scribit, quod hæc conditio, si liberos habuerit, referenda sit ad mortis tempus, sed & Paul. Castr. in l. cum vxori. C. quandò dies leg. ced. specialiter scribit, quod si grauo hæredem de restituendo, si liberos non habuerit, intelligendum esse, si liberos non habuerit tempore mortis suæ. Quicquid sit, in nostro casu nulla superest dubitatio: quandoquidem testator non loquitus est simpliciter tantum de filiis, quos frater habiturus, sed etiam quos relicturus esset: scilicet tempore mortis: sed Marci liberi, id est, Sebastiani nepotes tum temporis non extabantur: ergo ad hoc legatum nullo modo vocati sunt: quia dictum fuit de filiis, qui superstites futuri essent Sebastiano patri suo, non liberis libero- rum superstitum, prout animaduertit Molin. ad Decium con. 63. in prima addit:

E t facit ad propositum regula, quæ à doctribus in hac 56. materia traditur, scilicet †quandò mentio fit filiorum, adiecta aliqua qualitate, quam nepotes non habent, tum appellatione filiorum nunquam posse contineri nepotes, vt declarat Bart. in l. liberorum. nu. 5. ff. de verb. signi. per l. fin. C. de naturalib. liberis. Cardinal. in c. 2. de verb. sig. Ancharen. c. 1. de Baptismo. Bald. in d. §. instituens. col. fin. Portius in §. fin. Instit. qui testamento tutores dari possint. Alex. con. 4. col. 2. vol. 4. Rubeus con. 22. in fine. Corneus con. 234. col. fin. vol. 4. Socy. in l. cum auus. col. 54. vers. primus casus. ff. de condit.

condit. & demonstr. Marsi. sing. 303. In Marci autem liberis non inuenitur illa qualitas, quod Sebastianus auus ipsorum eos tempore mortis reliquerit, prout testator illam qualita- tem dispositioni suæ expressè addidit. Ergo &c.

P R O X I M A E S T Q VÆSTI O, SI N O N iure primæ vocationis, at saltem ex substitutione vulgari, scilicet si primi gradus liberti, antè mortis aut conditionis euentum decessissent, vel ordine successiō, idq; perfidei commissum, ad hoc legatum peruenire potuerint Marci li- beri, quasi non certis tantum personis, sed collectiū Seba- stiani liberis prouidere voluerit testator, sicuti contendit aduersarius D. consulens num. 22.

A d hoc dubium, ex superioribus parata est solutio: Do- ctores enim, qui ex aduerso citantur, longè aliis in terminis

57. loquuntur: † Castrensis enim in consil. 410. vol. 1. ponit ca- sum, quod testator disposuerit, quād secundo loco vocati, tempore euenientis conditionis non viuerent, vt tunc eius hæredes admitterentur, & sic vulgariter substituti essent. Noster autem testator vocationem præcisè restringit ad fi- lios, quos frater eius habiturus & relicturus esset, nempe cùm moreretur, per suprà allegata. Alex. verò, qui adduci- tur in con. 5. vol. 3. consultus fuit de testamento, quod latine conscriptum erat: nec ibi disputatur, an in lingua vulgari, vt hīc, sed an in lingua latina sub nomine filiorum comprehē- derentur nepotes. Ita enim nu. 11. respondet ad doctrinam Baldi in l. lege 12. tabu. in fin. C. de leg. hæred. Prætereat te- statorib; disposuerat inter descendentes, quarè meritò lo- cum habebant text. in l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. fusiūs quoq; ad hoc cons. & ad Iason. con. 52. vol. 3. responderet Socyn. Iun. con. 30. num. 22. vol. 3.

D E I N D E Ruin. con. 110. nu. 9. vol. 2. tractat questionem, quandò posteri nati & nascituri ex quocunque de Gratis ad-

D 3 suc-

successionem vocatur, & in eius con. 140. vol. 3. filij filiorum & descendentes, collectiuè in dispositione positi erant; Hic autem in nostro legato, non leguntur nequè verba **Kinder**, **Kinder**/nequè ullum aliud vocabulum, quod posteritatem, familiam, cognitionem, aut tale aliquid collectiuum plurimorum graduum significaret, sicuti habetur apud dd. in l. Gallus. §. instituens ff. de lib. & posthum. & in exemplis que copiosè ponit Rolan. à Valle. con. 70. num. 19. & aliquot seq. vol. 3. sed adsunt verba merè appellativa: videlicet, **Kinder**/nō vt in aliis testamenti partibus, **absteigender Linien erben**/ id est, descendantis lineaè hæredes. Itaq; præcisè sunt intelligenda, que madmodum etiam hanc interpretationis regulam omnino obseruari voluit testator, cùm in præfatione omnium istarum dispositionum diceret, se ordinare distinctim & præcisè vt sequitur. Quarè Marci liberi non possunt ad se trahere regulas substitutionum, quas dd. ex iure & eius interpretatione collectiuè (sub nomine liberorum, nec non descendantium posteriorum familiae, cognitionis &c.) vocatis attribuunt: differunt enim inter se vocati per nomen speciei (vt sunt **Kinder**) & per vocabulum collectiuum (**absteigender Linien erben**) vt præclarè explicat Ruin. con. 123. nu. 2. lib. 2. Dec. con. 223. nu. 4. Paris. con. 47. nu. 5. lib. 3. Crauet. con. 22. nu. 4. Cephal. con. 262. nu. 13. Menoch. con. 173. nu. 13. Itaq; semper eis obstat regula, dete non loquitur dispositio, quam faciunt Old. Io. Andr. & Abbas, relati à Socyn. con. 63. nu. 14. vol. 3. & Socyn. Iun. con. 171. nu. 27. vol. r. & con. 71. nu. 8. vol. 2. Crauet. con. 208.

Ex quibus vel sole clariūs apparet, etiā alterum membrum huius quæstionis falsum esse, nec yollo colore à Marci 58. liberis yocationem ordinis successiui adfectari posse, t̄ quæ inter eos tantūm locum habet, qui ab initio vocantur, licet ipsorum admissio ex aliqua ratione suspendatur, vt alij præferantur, per not. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de

de leg. 2. & in d. l. Gallus. §. quidā recte. & in l. fin. C. de verb. signi. Verūm cùm aliqua dictio strictè accipitur, & ad certas tantū personas refertur, tunc vltra eas personas frustrà quærimus de successiua vocatione. Bartol. in d. §. fideicommisso, † & qui initio exclusi sunt, nunquam admittuntur, vt patet ex notatis à Bart. in l. Lucius. nu. 92. & in l. Centurio. nu. 5. ff. de vulg. Hiero. Gabriel. con. 132. nu. 56.

60. MVLTO minùs autem admittimus, t̄ quod talis vocatione successiua, quæ ex vocabulis collectiuis (vt sunt cognatio, familia, descendentes &c.) aliquādò colligitur, sit perpetua & effectum suum habeat, donec aliqui ex descendantibus cuiusque votati supersint, ita vt per fideicommissum liberi parentibus in infinitum substituti esse videantur, quasi testator vniuscuiusque descendantia perpetuò prouisum esse voluerit, sicuti desiderant aduersarij. Imò sequimur communem opinionem, quæ autore Cumano in d. §. in fideicommisso, etiam successiue & per nomen collectiuè votatos, non aliter nisi directe & tanquam vulgariter substitutos admittit, vndē succedente ex pluribus votatis proximiore, extinguitur substitutio, & admissio reliquorum. l. post aditam. C. de impub. & al. substi. maximè si verba non habeant tractum successiuum, nec testator dixisset, quia volo hoc relictum in familia mea permanere, ita s̄pē in additionibus suis firmat Molin. ad Alexand. con. 24. & 26. vol. 3. & ad Dec. consil. 205. vbi testator instituerat non solūm fratris filium, sed etiam expressè liberos instituti, & ad consil. 384. Hoc sentit etiam Craueta con. 161. & con. 180. & consil. 98; licet contrarium consuluerit idem Craueta in casu, quādò verba proculdubio collectiua essent, non appellativa tantūm, in consil. 22. & in consil. 131. Reprobatur tamen à Molinæo in addit: ad Deci. vbi suprà & ab Anguisola & Menochio, quos statim citabimus, plures etiam enumerauit Marzar. in epitome fideicommiss. quæstio. 14. Cephal. con.

- con.353.num.83.egregiè Petr. Ant. Angusola.con.38.lib.6.  
vbi quatuor textus ad hoc inducit, primum in d. §. in fidei-  
commisso, secundum in l. fin. C. de verb. sig. tertium in l. he-  
redes mei. §. fin. ff. ad Trebel. quartum in l. Scœuola. §. fin. ff.  
eo. Idem concludit con.80. sed nemo planiùs & dilucidiùs  
hanc quæstionem explicat, quæm excellens Menochius  
con.85. & Cephal. con.88.nu.34. & con.269.nu.15. Crauetta  
61. autem in d. con.180.scribit, † non esse verisimile, neq; solere  
testatores vocare cognatos in perpetuum, imò nunquam se  
tale testamentum legisse. Quantò magis hoc dicendum est  
in præsenti isto casu, vbi nulla adsunt verba collectiua, vel  
denotantia talem tractum successuum, qui perseverantiam  
relieti arguat, sed sumus in terminis, vbi testator vocatione  
ad tempus mortis Sebastiani tantùm, & ad eos filios restrin-  
xit, quos frater moriens relicturus esset: quomodò igitur de  
postea natis & de tota cognatione in infinitum vocata so-  
nniabimus?

## TERTIA POTESSE QUÆSTIO,

62. † an liberi Marci saltem repræsentent personam patris sui  
atquè eius locum ingrediantur: quarè et si non veniant iure  
proprię vocationis, potuissent tamen admitti ex iure pater-  
no ad se transmisso, si Marcus antè testatorem diem suum  
63. obiisset, † cùm faciliùs in iure concedatur transmissio, quæm  
inducatur vocatio propria, secundum Ruin. con.179.nu.8.  
& con.156.ad finem vol.2. Crauetta con.62.in fine.

AD hanc quæstionem iterum negatiuè respondemus:  
magna est enim altercatio inter dd. quandò plures vocan-  
tur ad fideicommissum ordine successivo per nomen colle-  
ctiuum familiæ, vel simile &c. an filij subintrent in locum  
parentum suorum, & simulcum patruis admittantur, iuxta  
dispositionem. §. cum autem filius. & §. fin. instit. de hæred.  
quæ ab intest. defer. & §. i. in auth. de hæred. ab intest. ven.  
Ita enim decidere videtur glossi in d. §. in fideicommisso, su-  
moꝝ per

perverbo, proxime, quam glos. Imola ibi & pleriq; sequun-  
tur. Attamen illi contradicunt eodem loco Bald. & Raph.  
Cuman. per not. à Bart. in Authen. post fratres. C. deleg.  
hær. quibus astipulatur Alex. con.204.vol.2. & latiùs con.  
129.vol.5. Magnam deniq; cateruam dd. qui hanc glos. vel  
probant, vel improbant, colligit Gabriel. tit. de fideicom-  
misso. concl.3.li.4. Molynæus autem ad Alex. con.26.vol.3.  
& in d. consil. 204.vol.2. videtur quæstionem in duos ca-  
sus distinguere.

64. PRIMVS est, † si cognatio, agnatio, vel familia vocatur in  
genere: tunc enim veram & cōmunem esse vult opinionem  
gl. vt filij subintrent locū & gradum patris, & succedant, sed  
vulgariter tantūm, & semel, nō per fideicommissum, vel in  
perpetuum, nisi additum fuerit à testatore, quòd velit reli-  
ctum perpetuò remanere in familia, & hoc ultra eos, quos  
suprà in præcedenti quæstione citauimus, probant Ruinus  
con.134.num.21.vol.2. & con.112.col.fin.vol.3. Socyn. Iun.  
con.66.vol.4. Sed hic non est casus noster, quia nullam de-  
agnatione vel cognatione in toto testamento suo mentio-  
nem fecit testator.

65. ALIVS est casus, † si legatum fit fratribus, filiis, vel certis  
gradibus personarum, tunc enim quando successio non est  
ex lege, & ab intestato, sed ex dispositione hominis, nequaq;  
iudicatur de filiis fratrū p̄defunctorum, sicuti de fratri-  
bus extantibus: imò vera est decisio negatiua Baldi in d. §.  
fideicommisso, quòd filius nō ingrediatur locum parentis,  
concedente hoc Molynæo in d. addit: ad Alex. con.26.vol.  
3. & con.204.vol.2. & ad Dec. con.79.litera b. Quem mo-  
rem in omnibus testamenti sui partibus obseruavit testator  
noster, vt quotiescūq; dispositiū loqueretur, semp̄ certum  
aliquem gradum designaret, adeò vt cùm in relicto Sabinae  
cognitione suam in ima cæra. vocare vellet, signater proxi-  
mos sibi ad illud legatū inuitaret, denotans verum non fictū

E gradum,

- gradum, secundum Couarr. practic. q.38. vers. tertio ad intellectum gl. &c. vbi <sup>†</sup> reprobatur Tiraquellum aliter sentientem, & existimantem, etiam vocatis proximioribus locum esse ficta representatione gradus paterni, idem Port. in con. 128. col. 3. in fin. vers. 10. Paris. con. 30. nu. 59. & cō. 40. nu. 17. vol. 2. Rol. à Valle. pro Triuultiis num. 32.

ALIQVANDO autem post nominationem certi gradus subiicitur vocabulum aliquod collectiuum, sicuti putat aduersarij à testatore esse factum, ibi: *Auch allen seinen ehelichen Kindern ic. id est, etiā omnibus corporis sui, & in matrimonio natis filiis, nos autem suprà plus satis ostendimus, vocabulum Kinder / nō esse collectiuum graduū, sed personarum, & appellatiuum.*

SED posito quod testator dixisset, *Kinder / vnd kindes, kinder/* attamen semper prælata fuisse D. Magdalena, neq; potuissent defuncti ante testatorē Marci liberis, ingrediendo locum parentis cum ea concurrere:

67. PRIMO, <sup>†</sup> quia nomine proprio erat vocata p tex. in terminis in d. §. in fideicom. Ruin. con. 112. & cō. 127. nu. 7. vol. 3. & con. 123. vol. 1. Curt. Iun. con. 58. nu. 3. & con. 161. Alciat. in l. liberorū. vers. quartus casus. ff. de ver. sig. Bell. cō. 50. nu. 4. & infiniti alij, quos citat Gabr. d. cōcl. 3. nu. 6. ti. de fideicō. li. 4.

68. SECUNDO, <sup>†</sup> quia erat proximior testatori, & sumus in reliquo à patruo magno, vbi omnes fatentur, qui gl. in d. §. in fideicommisso. vel sequuntur, vel oppugnant, non esse admittendos filios fratri, cum amita superstite, ita concludit

69. Couarr. d. q. 38. vers. decimò apparet &c. <sup>†</sup> & hoc modo cōciliantur diuersæ illæ opiniones scilicet d. gl. & Baldi vt opinio glo. procedat, vbi agitur de succedendo ascé denti ac patruo, secus si adfectetur successio alicuius remotioris. Dec. con. 217. Gozad. cō. 4. nu. 32. con. 59. nu. 5. Paris. cō. 38. nu. 15. lib. 2. Cephal. qui hos & alios citat con. 215. nu. 15. & cō. 283. nu. 18. Benintenda decif. 88. Hyp. Rimini. d. cō. 146. nu. 49.

TER-

70. TERTIO, <sup>†</sup> quia in cōcursu filiorum, qui natuerant tempore mortis Sebastiani, & aliorū, qui postea in rerum natura esse cœperunt, semper præferēdi sunt nati antè, quām pōst, ita pulchrè distinguit Curt. Iun. con. 57. nu. 12. & idē repetit con. 58. col. 2, cōfirmans hoc suum dictum pulcherrima ratione; nam qui nati sunt aut cōcepti viuo testatore vel tempore euenientis conditionis, censentur magis esse dilecti, quām alij incogniti. l. si cognatis. ff. de reb. dubiis. Dato igitur, quōd in dispositione conditionali venirent etiam nati post mortem testatoris, aut eius fratri Sebastiani, nihil minus tamen priores dicuntur magis esse dilecti. Ergo succedit alia vera conclusio, <sup>†</sup> quōd ad fideicommissum priūs admittuntur magis dilecti à testatore, quām minūs dilecti. d. §. in fideicommisso. Ruin. con. 2. num. 9. vol. 1. Hyp. Riminald. con. 75. num. 39.

72. Eō accedit quōd Magdalena non solūm ad legatū proprio nomine vocata, sed etiā postea in reciproca, defuncto fratri suo per expressionē certi gradus substituta est: quē quidem cōformis expressio voluntatis, tam in legato, quām in substitutione, nominataim D. Magdalena proculdubio anteponit Marci liberis, etiam in casu vbi collectiū essent vocati, quod fatetur Francisc. Burs. con. 67. nu. 20. licet in fasti specie, quod ibi tractat, prærogatiuam nominationis, ad excludendum ius representationis, non libenter admittat, nisi tam in substitutione, quām in institutione alijs nominatus inueniatur. <sup>†</sup> Satis aut̄ nominari videtur, cuius persona sub aliquo certo gradu naturaliter designatur. l. tutelas. ff. de cap. diminut. l. liberorum. ff. de verb. signi. facit l. 2. ff. de lib. & pōsthum. & §. nominatim. Instit. de exhäuser. lib.

74. QVAMVIS aliâs quoq; pro regula tradatur, <sup>†</sup> in institutionem, & substitutionem conformiter, atq; vnam ex alia, esse interpretâdas, sicuti probatur in l. Lucius. §. pater puerū. & §. Mævia. ff. ad Trebell, & in l. C. de impub. & al. substit. &

E 2 ink

in l. si plures. in fine. ff. de vulg. & pup. gl. & dd. in l. vnica. C. quando nō pet. par: latè Io. Bolognet. in l. re coniuncti. nu. 399. ff. de le. 3. Menoch. cō. 198. nu. 12. Tob. Non. cō. 36. nu. 9. Nobis autē eiusmodi regulis declarationum non est opus, quādoquidem testator disertis verbis ad eosdem gradus & personas, tam institutionem quām substitutionem retulit,

75. igitur † cūm ex verbis de mēte constet, præsumptiones cef-  
fanti. continuus. ff. de verb. oblig. cum similibus.

76. D E N I Q U E illa ipsa † substitutio certi alicuius gradus, facta vnicuiq; defuncto ex vocatis, omnem spem trāmissio-  
nis & successionis ex persona defunctorum prorsū tollit, pertextum adliteram in l. sed si plures 10. ibi: soli superstites ex substitutione hæredes existent, & paulò pōst, Nec quicquam valebit ex persona defunctorum. ff. de vulg. & pup. quem adducit Bald. in con. 22. nu. 27. inter cōsilia vlt. vol. & idem probat tex. in l. hæredes mei. §. fin. ibi propter gradus fideicōmissi præscriptos. ff. ad Trebell. Quotiescunq; enim certus gradus substituitur, tuncilli qui gradum subsequentē obtinent, puta nepotes, non possunt tenere locum paternum per representationem, sicuti in specie tradit Curt. Iun. con. 22. nu. 7. 8. & 11. per tex. in l. cohæredi. §. discretas. ff. de vulg. & pup. Idem Curt. in l. 1. nu. 14. ff. de success. ed. Paris. con. 3. vol. 2. Couarr. decisiū. in d. q. 38. nu. 4. vers. quinto idem &c. Bellonus con. 50. nu. 5. vers. ex alio colligitur.

POSTREMO nihil ad summam totius & principalis con-  
trouersiæ facit, an liberi Marci, decadente antetestatorem ipsorū patre, ex propria vocatione tanq; in eius locum sub-  
stituti, vel ex iure trāmisso, (etiamsi de fideicōmisso aliquo conditionali ageretur) ad legatum istud, cōtra regulas iuris adspirare potuissent, Quandoquidē ille casus in facto nō ac-  
cidit, & tñ conjecturæ & argumenta voluntatis testantiū, legitimè nō sumuntur ex p̄suppositis, q; in facto non accide-  
runt, quēadmodū in simili decla. Dec. cō. 416. nu. 10. ybi ait,  
licet

licet substitutio compendiosa sua vi ac virtute comprehen-  
dat, vel vulgarem, vel pupillarem, aut fideicommissariam,  
attamen si postea ex contingentia facti resoluatur in vnam  
ex iis, quod de ea iudicetur, sicut se casus tulit, nō secundūm  
naturam reliquarum duarum, cui doctrinæ concinit etiam  
Ruin. con. 7. nu. 13. lib. 3. & alij, quos ad hoc propositum citat  
Menoch. con. 85. nu. 100. & ita respondet quoque Hyp. Ri-

78. min. con. 47. num. 9. vbi ait: † id debere præsupponi, quod in  
facto videmus. Iudicandum igitur erit de Marci liberis, tan-  
quam de iis, qui viuente ipsorum patruo magno, id est, te-  
statore, nec non auō Sebastiano, non fuerint in rerum natu-  
ra, itaque nunquam illis competere ius transmissionis, &  
quod concurrere possint cum amita sua D. Magdalena sicut  
supra nu. 68. 69. & 70. latiū ostendimus, & in terminis etiam  
pluribus allegatis comprobat Natta ad Alex. con. 13. versic.  
qui esset in rerum natura. vol. 4. & Gabriel. d. concl. 3. nu. 5.

M A L E denique ad obtainendum ius transmissionis (si ita  
casus obtigisset) adducitur & vbiq; ab aduersariis obiicitur  
doctrina Socyni in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 10. & 11. ff. ad  
Trebel. Nam casus à Socyno positus, & ambæ eius allegatæ

79. rationes, non conueniunt nostro themati. Ille enim primò  
præsupponit in institutione filiorum fratriis vocatos quoq;  
esse nepotes, quod hīc propter consuetam & certam signifi-  
cationem vocabuli, Kinder / non admittimus. Assumunt  
igitur aduersarij pro certo & indubitabili id, quod inueni-  
tur longè esse incertius, quām illud, propter quod assu-  
ptum est.

A L T E R A circumstantia, quam pro ratione euincendę  
80. transmissionis in suo casu considerat Socyn. scilicet † filio-  
rum fratriis filios in conditione esse positos, in nostra reci-

81. proca substitutione, qua innitimus, non adest. † Vitiosè ita-  
que colliguntur conjecturæ ab eo, quod testator nō expres-  
sif, quemadmodum idem Socynus in eodem loco, & ante-

quam hunc casum poneret, ex doctrina Baldi in l. i. C. de his qui ante aper. tab. lectorem admonet, quem refert Decius con. 391. nu. 6. Idem Socyn. in con. 6. nu. 13. vol. 3. Paris. in ad- dit: Socyn. Iun. con. 117. nu. 33. vol. 1. Hyp. Rimini. con. 173. nu. 47. & in fine per l. quidam cum filium. ff. de hære. instit.

**P R A E T E R E A** in factis specie, quam adfert Socyn. testator filio fratri sine liberis morienti substituerat alios filios: hic autem disertè vocatur defuncti superstes frater aut soror, quare vel ex eo solo capite non potest habere locum transmissio, per text. expessum in d. l. sed si plures. ff. de vulg. & in d. §. cum ita, vbi testator fecit mentionem filiorum substituti, atque eos posuit in conditione, in substitutione facta ultimo loco, ei, qui in prima substitutione vocabatur, & tamen non erat locus transmissioni, quia dixerat testator superstes fratri, restituat &c. Ita respondet Socyn. Iun. con. 14. nu. 9. vers. nec verum est. lib. 4. Itaq; discrepat etiam in hoc exemplum Socyni à nostro casu, quod ibi transmissio non tendebat in ullius substituti præiudicium, quemadmodum Socy. seipsum declarat in d. §. cum ita. in fine, & sentit Ruius. con. 95. nu. 6. vol. 2.

A d hæc etiam in casu vbi rationes Socyni facto con-  
82. gruunt, † attamen eius decisio communiter damnatur idq; multis ex causis quas allegant scribentes in d. §. cum ita. Ri- pa. nu. 64. Torniellus. nu. 67. Bolognetus nu. 140. Zanchus parte 4. nu. 204. Socyn. Iun. con. 66. num. 6. vol. 4. Alciatus con. 585. Menoch. con. 200. nu. 113.

Imo fortius dicimus, si superstes soror fratri suo expresse non esset substituta, & is ante testatorem deceperisset, tamen portio illa vacas ad Marci liberos, si exitissent, nequaquam iure transmissionis, sed ad superstitem Magdalena iure ad crescendi pertinuisse. Quod probatur auctoritate An- geli cons. 306. quem sequitur Aret. & Socyn. in l. Gallus. §. etiam si parente, vbi Iason nu. 32. affirmat cum Angelo com- munem

munem esse opinionem. ff. delib. & posth. & probant Curt. Iun. in l. 2. nu. 13. in fine. C. de success. ed. & con. 57. in fine. & con. 161. nu. 4. Paris. con. 44. nu. 11. vol. 3. Menoch. con. 105. nu. 36. Tib. Dec. con. 129. nu. 45. vol. 3. pluribus quoq; argu- mentis hanc conclusionem probat Zanchus in d. §. cum ita. parte 8. nu. 83. vbi allegat etiam Anchar. con. 390. incip. Quia Helizabeth. Propius etiam, & in terminis nostris formalib. ita decidit Alex. con. 109. nu. 3. vol. 2. vbi ex mente Bartoli in repetitione l. re coniuncti. in verb. sed circa hoc moueo tale dubium. ff. de leg. 3. finaliter concludit, quando vnum & idem substitutus & coniunctus est, & aliquo casu contingat substitutionem euanscere, tunc posse dictū substitutum & con-

83. iunctum venire per ius accrescendi. † Nam quando testator substituit coniunctū, voluit ius eius augere: perspicue etiam hoc probat Socyn. con. 249. num. 22. vol. 2. Ex quibus facilè apparet, fugitiū esse eam illationē, quā aduersarij nuper in triplicis suis proposuerunt, (quas tamē postea quia multis monstrosis fictionibus scatebant, reuocarunt) Nimirū cùm prohibitio alienationis facta sit, tam fauore liberorū Marci, (qui antea vocati fuerint) quam etiam substitutæ postea D. Magdalena, igitur verum esse statum causæ, an sublequens substitutio Magdalena præcedentem vocationem libero- rum Marci (quam prohibitio illa alienationis in ipsorum fauorem ordine successu induxerit) alterare & penitus subuertere potuerint.

Nos autē plenē iam ostendimus, Marci liberos in priori capite legati nulla ratione iuris, p. vocatis haberi posse, & in- ferius quoq; in refutatione primē cōiecturę planū faciemus, prohibitā alienationē ad Marci liberos nequaquam p̄tinere.

**P R I M O**, quia sub clausula (dann so er Kinder verlassen wirdt) id est, si ipse filios relicturus esset: & in alia clausula aduersariua, (verließ aber er Sebastian mein brüder fain eh es leiblich kind ic, id est, si autem ipse Sebastianus frater meus, nullos

nullos ex legitima coniunctione filios relinqueret) dicti Marci liberi non continentur.

**84.** SECUNDO, † quia verba, cùm filios habuerit, nihil disponunt, nec quemquam vocant, sed potius verba reciproce quæ statim subiiciuntur, ita Emanuel Costa in c. si pater, verbo: moreretur, n. 2. de testament. in sexto.

**85.** TERTIO, quia †ridiculam hanc argumentationem esse scribit Socyn. Iun. con. 118. num. 27. vol. 1. si dicas: alienatio prohibita est in fauorem substitutorum; Ergo etiam positorum in conditione &c.

**Q**UARTO, quia falsum est, si quis dicat, D. Magdalena absque beneficio sequentis reciproce, ad portionem fratri Marci ante testatorem obeuntis admitti non potuisse, cùm tamen iure accrescendi, prout iam probauimus, portionem illam vacantem, omnino susceptura fuisset.

FALSUS itaque est, & malè excogitatus ille status causæ, quasi inter nos illa potissimum controuersia ventiletur, an per posteriorem reciprocam, prior vocatio liberorum

**86.** Marci extincta fuerit, † cùm tamen nō entis, nullæ sint qualitates l.eius qui in prouincia. ff. si cert. pet. cum similibus.

**P**OST E A Q V A M I G I T V R P R I M A M partem legati satis copiosè & perspicuè exequuti sumus, & candido lectori manifestum fecimus, nihil ibi contineri, ex quo Marci liberi aliquam vel minimam voluntatem testatoris erga se eruere possint: conueniens forsitan erit, antequam ad secundum caput huius dispositionis accedimus, vt prius loco quartæ quæstionis inspiciamus, an Marci liberi saltē in aliis relictis, ad aliquam portionem inuitati fuerint, ita vt probabiliter dici possit (quemadmodum aduersarij subinde obiiciunt) non debere eos excludi à portione paterna, quos testator ad alienum vocauerit: de quo etiam inferius in refutatione quartæ coniecuræ num. 445. & seq. aliquid diximus.

ET

Et sub compendio respondemus Marci liberos, nec in aliis legatis vllibi vocatos esse. Testator enim vbiq; non solum in hoc præsenti legato, de quo agimus, sed etiam in aliis relictis, dispositiuè loquitur, gradus quos succedere vult, signanter exprimit, nempe suos fratres & sorores, & eorundem fratribus, & sororum liberos primi gradus, id est, geschwisterkind/Marci autem liberi non sunt, neque ex fratribus & sororibus testatoris, neque geschwisterkind/sed geschwisterkindeskind/sicuti hanc præcisam significationem, vocabula illa germanica habere, omnibus pariter doctis & indoctis notissimum est. Ipsa verò D. Magdalena, in hisce legatis, quæ Rudolphine, Sabinæ, necnō Petro & eius liberis relicita sunt, tanquam constituta in gradu der geschwisterget kind remotiores Marci liberos proculdubio antecedebat. Interim tamen nō negamus, quemadmodum verba dispositiua ad certum gradū se semper referunt, ita conditiones ibi appositas, generales esse, & omnes descendantis lineæ hæredes generaliter comprehendere, sed nec inter illos locum inuenire possunt Marciliberi: quia nō sunt ex descendantibus, quibus isthic sub tali conditione substituitur, licet sint descendantes Sebastiani, cuius filii primi gradus sub eiusmodi conditione, si sine descendantibus &c. nulla est facta substitutio.

ILLUD tamen verum est, Marci liberos in vltima substitutione Sabinæ facta, sub ea conditione, si Sabinæ illo tempore, quo decederet, neq; descendantis lineæ hæredes, neq; testatoris fratres vel geschwisterget kind / relinqueret, sub verbis, auf andere meine nechste Erben/id est, ad alios meos proximos hæredes &c. vocatos fuisse.

CONTENDUNT equidem aduersarij, vltimam illam substitutionem proximorum hæredum testatoris, nō ad se, sed ad alios quosdā in testamento nullibi nominatos vel honoratos spectare, & hoc postremum concedimus: sed illi ipsi

F. Marci

- Marciliberi tales sunt, quorum gradus & nomen in nullo loco testamenti legitur, ut si sepius iam probatum est, immo post fratres, & geschwistergetkind / id est, fratribus filios primi gradus, nullalij testatoris proximi heredes probabiliter superesse poterant, quam geschwistergetkinditskind / & in his Marciliberi, quos per vocabulum heredum denotauit testator, adiiciens tamen proximorum suorum: quare non potest dici, etiam in illa parte substitutionis plures gradus collectiuè esse vocatos, cum nunquam dispares in gradu possint dici proximi.
87. miores equaliter, sed qui prior est in gradu proximior dicitur. §. si plures. Instit. de leg. agnat. successione, & l. 2. C. de successorio editio. l. consanguinitatis iura. C. de legit. hereditib. l. auunculo. C. communia de successionib. Quare vocatio ordinis successiui, etiam in illo casu Sabiniani legati excluditur: quia non potest dari in uno & eodem gradu, ordo successius, sed tantum inter gradus dispares, quod pulchre expressum eruditiss. Tiberius Decianus con. 10. nu. 15. & aliquot sequentibus. vol. 3. Idem & quod nomen + proximores non sit collectuum, respondet Ruin. con. 159. nu. 14. vol. 2. & nos infra nu. 447. latius probainus.

F A T E R I igitur necesse est, Marci liberos in prima ibi substitutione der geschwistergetkind (quem gradum pater quidem eius tenebat) venire non posse, admitti tamen debere ex ultima, quae proximis testatoris heredibus, in vulgarem modum & semel facta est.

- IMPERTINENTER itaq; aduersarij contra haec tam manifesta allegant in suis triplicis, + Paris. con. 77. & 78. vol. 2. & Bald. in l. vnic. C. de his q. ante aper. tab. quasi in nostra facti specie loquerentur: cum tamen ipsorum termini sint diversissimi; agut enim de liberis positis in conditione, & an patre ipsorum obeunte, ad ipsos transmittatur ius fideicommisii, excluso extraneo, qui ultimo loco substitutus erat. Marci autem liberi nuspam in dispositionibus factis circa legata

Rudol-

Rudolphinæ & Sabinæ, nec non institutionem Petri, in conditionem positi esse inueniuntur. Quomodo igitur ex omissione, contra illam eandem doctrinam Baldi in d. l. vnic. & ex qua presumptione voluntatis, in gradum alienum der geschwistergetkind intrabunt, cum ultimus tantum locus proximorum heredum ipsis a testatore assignatus fuerit, qui alius esse non poterat, quam ille, qui filios fratribus testatoris, proximo gradu sequebatur l. proximus. ff. de verb. signif.?

S E Q V I T V R A L T E R V M H V I V S L E G A T I , quod Sebastianus & eius filiis relictus est, principale caput, & hoc bimembre est: Continet enim prohibitionem alienationis, ipsi tantum Sebastianus factam (de quo infra in refutatione primæ conjecturæ tractabimus) deinde substitutionem reciprocam fratribus & sororum, vniuersusque ante alium defuncti ex filiis primi gradus, quos decedens Sebastianus testatoris frater relicturus esset.

E x hac autem substitutione reciproca, in gradum aliquem certum concepta, oritur quinta quæstio, an Marciliberi tacite in conditionem, ad extinguendum illud fideicommissum, & excludendam substitutam D. Magdalena positi esse videantur, nimurum ut ipsis saluum sit ius legitimæ successionis in portione patris prædefuncti.

91. A D V E R S A R I I in triplicis suis nuper in iudicio exhibitis, magno conatu euincere satagunt, hunc non esse verum statum causæ, nec de hoc principaliter queri, sed an substituta Magdalena Marci liberos a paternæ successionis fructu excludat, & sic ipsa potius propter liberos a Marco relictos, non vocata sit, Nimirum ut per breuem illam mutationem status causæ (quasi non ipsi hoc agat, ut alios excludere velint)
92. + rem ab euidenter veris, ad euidenter falsa perducere possint. Iea est natura cauillationis. ff. de reg. iur. Sed quoquo se vertant in eandem tamen difficultatem, ut relabantur, necesse est.

- PRIMO enim facile concedimus, si successio ab intestato, & testamentaria inter se principaliter conferatur, † quod successio ex testamento sit exclusiva, eius, quæ ex lege, & ab intestato datur. l. quandiu. tit. de hæredib. instit. & tit. de reg. iur. Itaq: cùm D. Consulens nu. 78. vel maximè contendat Testatorem voluisse, siue liberos reliquisset Sebastianus, siue non, ex testamento suo successionem in legato esse, inde certè sequitur, quod Marci liberi (qui se hac exceptione, tāquam ipsi in conditione tacitè subintelligi debeat, contra expressam reciprocā tuentur) omnino excludantur. † Quādoquidem communiter receptum est, hoc modo in conditionem positos, nequaquam vocatos esse ex testamento, sed tantum reseruatum fuisse ipsis ius legitimæ successionis ab intestato, ex autoritate gl. in l. Lucius Titius qui fratrē. ff. de hæredib. instit. quam Socy. Iun. con. 118. lib. 1. & con. 177. in omnib. Scholis, iudiciis, & Palatiis, canonizatā esse scribit: Idem dicit Sylua. con. 53. Cateruā quoq; idem sentientium recenset Menoch. con. 173. nu. 49. & p cōmuni recitat Iulius Clarus in §. testamentum. q. 77. eamq; sine distinctione verā esse dicit, quando positi in conditione nō essent ex descendētib. testatoris, in q. 79. ad finē. idē firmat Accil. Personalis in tractatu de adipiscenda possessione. nu. 206. ver: alij autē pro concordia &c. Zanchus in d. §. cum ita. parte. 7. nu. 10. Pulcherrimas autē & irrefragabiles huius decisionis rationes enumerat Duarenus, in tit. de conditionib. institutionū in cap. de effectu conditionum. Hottomanus quoq; in questionib. illustrib. q. 13. Emanuel à Costa. in c. si pater. verbo: si absq; liberis. de testam. in 6. Hæc autem decisio omni caret scrupulo, quando liberī solum tacitè viderentur esse positi in conditione: † quia duo concurrerent specialia, & quod tacitè in conditionem ponerentur, & quod ex testamento quoq; vocarentur, contra l. primam. C. de dotis promiss. ita in terminis Socyn. Iun. con. 75. nu. 17. vol. 3.

ITAQVE

- ITAQVE si hoc modo terminum excludendi consideramus, facile nobis cum aduersariis de statu causæ conueniet, Et respondemus, quod per testamentariam vocationem substitutæ D. Magdalena, omnino legitima successio ab intestato, (quam liberi Marci in portione paterna per subauditionem cōditionis, si sine &c. adfectant) excludatur, † quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fin. C. de paſt. conuen. Et aliās quoque ratio in promptu est, quam etiam ipsimet aduersarij adferunt: quia testator hanc successionem testamentariam, semper potiorem quā legitimam habuit, † quemadmodum aliās quoq; defuncti interest, cæteris paribus, potiū habere successorem ex testamento, quā ab intestato, secundū Zanchum in d. §. cum ita. parte 8. num. 112. Eodem modo & in terminis nostris argumentatur etiam Card. Albanus, con. 26, nu. 7. quem infrā ad confutationem tertiarē coniecturā num. 353. allegabimus.
- SIN verò respicimus potentiam & habitum succedendi ex testamento, non possunt Marci liberi haberi pro exclusis, † nisi priūs doceant se esse vocatos, l. decein. ff. de verb. oblig. & l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. vbi probatur, † non induc priuationem, vbi non erat habitus, quæ regula in materia exclusionis semper solet allegari, sicuti habemus apud Hyp. Riminal. con. 9. num. 129. & con. 305. vbi num. 55. dicit, talēm potiū impediri ne quārat, facit: l. non videtur rem amittere. ff. de reg. iur. Nam amitti non potest, quod adquisitum non fuit, & desisse non videtur, quod nunquam incœpit, deniq; quod non est, rumpi non potest. l. Titio vsusfructus. ff. de cond. & demonstra. l. 1. §. 1. ff. quibus modis vsufr. am.

QVARE contra rationem naturalem videntur pugnare aduersarij, dum volū statum causæ in eo versari, an Marci liberi sint exclusi, & interim contendunt, nihil ad principalem

cipalem quæstionem pertinere, imò impertinenter super eo fundamētum fieri, an ipsi, vel potius liberi primi gradus vocati fuerint. Quod nullo alio consilio faciunt, quām ut effugiant solidissimum & ab omnibus recentioribus celebratum responsum duodecim illorum Iurisconsultorum, 100. qui habentur apud Socyn.con.vlt.vol.1.† Hoc enim consilium adeò auersantur, ut audeant dicere, illud non magis ad propositum facere, quām si quadrigæ addatur quinta rota, cū tamen præcipua controuersiæ nostræ capita ibi decidātur, scilicet vocatione filiorum Sebastiani aut filiorum fratrum, id est, *geschwistergetfindt / non contineri Marciliberos, id est, geschwistergetfindtsfindt.*

**S E C U N D O**, quod affectio declarata erga istos gradus, ad ulteriores non porrigitur: itaq; falsum esle quod de tota cognitione inuitata ab aduersariis configitur.

**T E R T I O**, quod nulla possit affectio esse testatoris, erga liberos transuersalium, qui suo tempore nō erant in rerum natura, sicut accidit de liberis Marci, qui non solùm decedente testatore, sed etiam cū Sebastianus decederet (ad quod tempus, vocatione filiorum disertis verbis restricta est) neque nati, neque conceptierant.

**Q V A R T O**, quod filij vocatorum substitutum non excludant.

**A N** autem ista ad decisionem controuersiæ nostræ faciant, quilibet facilè iudicabit, ad quam consultores isti vel soli sufficerent, maximè si addas viginti illos quos suprà nū. 5. ex consilio Socyn. Iun. con. 128.vol.1.citauimus, & Hyp. Riminald.con.246.

**101. S E D** vt ad rem redeamus, † vbi cunq; incidit quæstio de liberis positis in conditione, ibi simul quæritur, & principaliiter cōtrouertitur, an tales liberi excludant substitutū, non è contra. Ita enim q̄stionem formant omnes scribentes in d.l.hæredes mei. §. cū ita, ff. ad Trebel, quicquid ex aduerso

sine

sine lege & autoritate obnifantur aduersarij. Hæc enim potissima est ratio, cur positi in conditione non censeantur vocati: † quia ad excludendum substitutum positi sunt, igitur dispositiūne non includuntur. l. si quis sub conditione, ff. si quis omissa causa testamenti. ita in specie scribit Io. de Anania.con.68. sub fine, Zanchus quoq; in d. §. cum ita. parte 7. num. 4. ait omnes in cōditione positos substitutum excludere, † Imò substituti exclusionem, esse illorū inclusionem, nempe permissuam, non dispositiūnā, de qua sentit Io.de Anania.d.cō. 68. & hoc clariū quoq; tradit Beroius con.84.num. 74. vol. 2. vbi ait, quod apponendo liberos in conditione ad exclusionem substituti, tacitè præsumatur disponentem voluisse potius liberos quām substitutum ad-  
mitti debere. † Nam conditio, si sine liberis, et si dicatur apposita fauore liberorum, vt voluit gl. in l.filius. §. cum quis, ff. de leg. 1. argum. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. sub condit. fact. Tamen hoc debet intelligi quo ad finem excludendi substitutum, quo excluso liberi valent succedere instituto. Hæc ille,

**P R A E T E R E A** dicit Socyn.in d. §. cum ita. nu. 20. quod glos. in l. Lucius. la. 2. ff. de hæred. instit. † parem faciat illum quæstioneim, an aliquis sit ex personis, quæ ex præfumpta mente testatoris excludant substitutum, cum materia. l. cum auus. ff. de condit. & demonstra. & d.l. Lucius. vbi agitur de liberis positis in conditionem, & sic utrobiq; potissima & principalis est consideratio, an substitutus excludi debeat.

**N V L L O** igitur colore dici potest, hoc esse *κριώμενον* causæ, an intentio testantis fuerit excludēdi liberos Marci propter substitutā ipsi superstitem eius sororē D. Magdalénā. Id enim extra omnem controuersiā positum est, & ex natura actus gesti necessariò infertur, per textum expressum in l. si quis ita, ibi: sed si posthumis dixerit, non continentur iam

iam nati. ff. de testam. tut. & per text. in l. heredes mei. §. peto, ibi: propter gradus fideicommissi præscriptos. ff. ad Trebell. & per text. in l. si inter me & te, ibi. † quia eo ipso quo meam esse pronunciatum est, ex diuerso pronunciatum videtur, tuam nō esse. ff. de re iud. l. Pomponius. §. r. in fin. ibi: Nam cùm iudicatur rem meam esse, simul iudicatur illius non esse. ff. de procur. Imò qui extraneum instituit, eo ipso etiam filium proprium, eumque posthumum exclusisse videtur. l. 3. C. de inoff. test.

VICE versa autem Marci liberi certas & vrgentes probationes adferre debent, quibus doceant voluisse testatorem, in hoc casu cessare dispositionem suam & per tacitam conditionem, si sine &c. exclusa substituta, locum dari successioni ab intestato Socyn. con. 249. nu. 24. vol. 2. Quasi si de liberis Marci cogitasset, talem non fecisset substitutionem, prout distinguit idem Socyn. in d. §. cum ita. nu. 18. Is enim est verus status causæ, non alias. Quomodo autem hœc probent ex ordine latius videbimus.

107. PRIMO fatentur communem esse opinionem, † quod in testamento alterius quam descendenteris, conditio si sine liberis, regulariter non subintelligatur, vt tradit gl. in l. generaliter. §. cum autem in versic. filios. C. de instit. & substi. Idemq; glossa in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & in l. cum acutissimi, in vers. deinceps, & in l. r. in gl. fin. C. de dona. cau. mort. & fuit sententia Cyni, in d. l. generaliter,

108. sicut refert Decius ibid. nu. 14. & Iason quoq;. † Quamuis autem Andr. Barbatia in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. contrarium temerè defenderit, tamē eius opinionem ab omni ratione iuris alienam esse, scribit Emanuel Costa: in c. si pater. verb. si absque liberis, de testamen. in 6. cuius Barbatia doctrinas in sola audacia & ostentatione positas esse, ait Calcaneus con. 1. Et Rodoricus Suares in l. r. tit. De las gananzias. nu. 44. inquit se consulere iudicibus, vt non ante

ante oculos, sed post terga opiniones Barbatia habent. Hanc deniq; opinionem, quæ liberos non subintelligit, cōmunem & indubitatem esse, nec ab ea in iudicando receundum, tradit Decius con. 529. cuius conclusionem tanquam veram comprobavit Molynæus.

OBI CIVNT aut aduersarij, se nullum fundamentum, facere in materia d. l. cum auus, & d. l. cum acutissimi, cuius coniecuræ à lege sic interpretante, sumantur ex sola affectione pietatis, qua parens testator liberos suos prosequi videatur, ita vt semper descendentes, tanq; in conditionem positifuerint, subintelligatur, Socy. Iun. in d. §. cum ita. nu. 65. sed potius ex aliis circumstantiis & dispositionibus quæ expressè in testamento habeantur psumptum haberri, quod Marci liberi nullo consilio à testatore fuerint exclusi: Itaq; in substitutione reciproca pro tacite in cōditionem positis 109. subaudiendos esse. † Quia omnis conditio quæ resultat ex verbis & dispositione testamenti, sumendam esse pro scripta & expressa, etiamsi talis conditio requiratur pro forma actus, allegant Ruinum con. 159. nu. 10. vol. 3. & con. 122. nu. 11. vol. 2. Roi. à Valle. con. 27. in fin. vol. 4.

RESPONDE RI autem posset d. legem cum auus &c. id 110. est, vt conditio non adscripta subintelligatur, † exorbitantē esse, secundū Decium in cap. præsentia, post nu. 29. aliâs 37. versic. alia tamen &c. extra de probationibus & in con. 416. nu. 5. Ruin. con. 106. nu. 6. vol. 2. Socyn. Iun. con. 100. nu. 10. vol. 1. Curt. Iun. con. 33. nu. 8. qui afferunt omnes in hoc conuenire, & idem Socyn. Iun. con. 128. num. 36. vol. 1. Tiraq. in l. si vñquam in verb. libertis. nu. 26. C. de reuocan- dis donationibus, Zanchus in d. §. cum ita. parte 4. nu. 330. vers. verū enim verò.

SE QVITVR igitur eiusmodi subauditiones conditionū, tanquam à ratione iuris alienas, non esse extendendas, nec etiam in casu, ubi par esset ratio, cum ea quæ suberat in casu

- I I 1. d.l. cum auis. † Argumentum enim à paritate rationis non procedit in exorbitantibus. Nicol. Eucher. con. 6. nu. 13. gl. in c. in fidei. in verb. inquisitionis de hæreticis lib. 6. & est bonus textus in c. constitutionem, & ibi glos. in verb. prorogamus, de regularibus lib. 6. Bene etiam probatur in l. iubemus. C. de testamētis. vbi testator volebat plures instituere hæredes, puta tres aut quatuor, idq; constabat, & tamen non nisi duos instituit, certè illi tantùm habentur pro institutis, non alij, quos scribere voluit, quem textum citat Crauettā con. 161. nu. 14. & in l. Gallus. §. quidam recte, ibi vt ex eocasū valeat, qui verbis concipi possit, † item omnis dispositio in dubio censetur pura non conditionalis secundū Molyn. in conf. Parī. §. 36. gl. 1. num. 8.
- I I 2. ATTA M E N nos illam legem, quam aduersarij ferunt, libenter accipimus, nempe si demonstrare poterint ex natura verborum inclusam esse hanc conditionem, si sine &c. quam ambiant, vel quòd expressa inueniatur ex mente necessariò inclusa, in verbis (ita enim loquūtur allegati ab ipsis autores Ruin. con. 59. nu. 10. vol. 3. Rol. con. 27. nu. 35. vol. 4.)

## T V N C V I C E R I N T.

PRIMVM ipsorum argumentum est, & ferè caput cæterorū, quòd testator omnibus qui ex fratribus & sororibus suis descenderent, prouidendi cōsiliū habuerit, idq; nulla gradus vel personæ habita peculiari consideratione, sed potius ad omnes suos cōsanguineos collectiū vocatos bona sua peruenire voluerit. Nos autem hoc præsuppositum manifeste falsum esse suprà multis iam argumentis euidenter docuimus, & quòd testator in nulla testamenti partē alium, quam certum aliquem gradum dispositiū vocauerit, nempe Geschwisterget / & Geschwistergetfindt / Marci autem liberos esse Geschwistergetfindt. Et quamuis in Sabinæ legato, inuitati quoq; sint testatoris proximi hæredes, qui tempore decederint. Sabinæ superfuturi essent,

hi

hi autē nulli alij esse potuerint, quam Marci liberi, vel alij, qui eundem gradum obtinebant, tamen superflite Magdalena quæ sub gradu der geschwistergetfindt prior vocata erat, admitti non debuerunt, Imò præferebatur D. Magdalena, etiamsi præcedens & prior illa substitutio omissa fuisset, per text. expressum in l. si libertus præterito, §. libertus. ff. de

- I I 3. bonis libertorum, vbi clarè probatur, † quando vocatur proximior ad successionem, filius vti proximior præfertur nepoti ex alio filio præmortuo, & probat etiam text in l. iubemus in princ. iuncto §. vlt. C. ad Trebell. quem text. ibi Bald. notat ad hoc, quòd quando fit mentio de proximiore, non cōprehenditur sequens in gradu, licet aliás soleret præcedētem in gradu repræsentare. Et quæ potest esse maior & euidentior probatio, quòd testator semper ad certos gradus respexerit, quam illa ipsa † vocatio proximiorū suorum hæredum? quæ certè verba excludunt gradum posituum, scilicet hæredum in genere, secundū Tiber. Decian. con. ro. nu. 19. vol. 3. Et quandoquidē adiectum est pronomē: meos, restringere debet vocationem ad illos proximiores, qui superfuturi essent tempore mortis testatoris, sicuti cōcludit Bald. in con. 488. vol. 3. & videtur esse textus in l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cognati: Imò hoc quoq; testator in præcedentilegato Rudolphinæ facto, disertis verbis expressit ibi: der verstorben geschwistergetfinder / die meinen Todte fall erleben würden / id est, fratrum filios, qui mortis meæ casum vita assequuturi sunt. Et hanc dispositionem cum sequentis Sabinæ legato in omnibus & per omnia similem esse voluit.

VTCVNQVE autē se illud habeat, ex lectione testamenti certè constat, omnia verba dispositiua semper ad certū aliquem gradum à testatore esse relata: Itaq; affectionem illā, quam ad totam cognitionem habuerit, aduersarios sumere non ab expresso aliquo, sed ex imaginatione quadā, & pprio

- aliquo desiderio, contratex. in l. ex verb. C. de donat. inter  
vir & vxor: ibi: Testamento: lecto inditorū verborum con-  
ceptio, non fideicōmissum relictum esse ostendit, & tamen  
115. †casus omissus aliter vñire non potest, nisi ex cōsequentia  
necessaria eorum, quæ in testamento expressa sunt, l. com-  
modissimè, vbi additio ad gloss. ff. de lib. & posthum.

**F R V S T R A** etiam ad hoc propositum allegatur vltima clausula, quæ adposita est institutioni, & substitutioni factæ Petro & eius liberis his verbis: *Will also gedachten meinen Brüder / seine Kinder vnd meine gesippten/ jetzt gehörter massen instituiert/ vnd auff die Widerfäll substituiert haben/ id est, volo itaque prædictum fratrem meum, suos filios, & meos consanguineos iam auditio modo institutos & in causa sum reuersionis substitutos esse.*

116. **L I C E T** enim mentionē faciat consanguineorū, † subii-  
cit tamen clausulā, iam auditio modo, Sed antea soli tantum gradus, der geschwisterget/ & geschwistergetkind auditi sunt,  
ergo vocabulum consanguineorum latius patere nō potest.  
l. i. §. deinde. & §. hoc edicto, vbi Bartol. ff. de postulando, &  
habetur in l. item quæritur. §. item Iulian. ff. locati: Decius  
con. 227. nu. 3. Baldus quoq; quem refert Jason in l. filiusfa-  
mil. §. Diui. nu. 151. ff. de legatis 1. dicit clausulā, vt suprà &c.  
personalissimam esse, & in terminis nostris. Dec. con. 287.  
nu. 9. & con. 291. nu. 6. Tib. Decian. con. 86. num. 23. vol. 3.

117. † Et facit regula, quod vocabulum generale post species ex-  
pressas positum, restringitur ad similia expressis, & nūquam  
comprehendit maiora, l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino, trit. &  
oleo. leg. l. si fugitiui, vbi gl. C. de seru. fug. c. Sedes. dere-  
scrip. clem. non potest. de procur. in 6.

- I N A N E S** igitur sunt aduersariorum cogitationes, quas  
contra expressa verba & communem vsum loquendi de af-  
fectione testatoris erga totam suam cognitionem, tāquam  
118. de re certa & explorata in medium afferūt, † & ignorantes,  
de re-

de rebus, à quibus longè distant, frustra speculātur, vt inquit Bald. in l. precibus. C. de impub. & aliis substitutionib. quem refert Dec. con. 89. vol. 1. Sed nos cum Iurisconsulto in l. ge-  
neraliter. §. duabus. ff. de vsufruct. leg. à claris verbis testato-  
ris. ibi: geschwisterget/ geschwisterget kind/ meine nechste Er-  
ben / non recedimus. Quandoquidem manifestè probari  
nō potest, testatorem de vltioribus cogitasse. l. 3. C. delib.  
præteritis. & sequimur Crauettam con. 161. nu. 12. & Socyn.  
con. 73. ad fin. vol. 4. qui refert Bartolum dixisse, † quod neq;

- Iuriscon. neque Imperator facere possint, vt id contineatur  
in dispositione, quod nō continetur; Mens enim testatoris  
non est pro libito coniecuranda, vt inquit Curt. Iun. con.  
169. col. 1. nec debet esse imaginaria, secundum Bald. quem  
refert Rubeus con. 49. col. fin.

**A D V E R T A T** etiam hīc lector, quām parum sibi con-  
tent aduersarij, dum in triplicis suis nihil ad statum & diiu-  
cationem causæ pertinere dicunt, an Marci liberi, id est,  
geschwisterget kindeskind/vocati fuerint, cūm interim hanc  
quæstionem præcipuum caput hīc faciant omnium suarum  
coniecurarum, & concludant (licet perperam) quandoqui-  
dem vocati fuerint, vel saltem ex transmissione veniant, ita-  
que longè facilius eos tacitè in conditionem positos esse,  
subintelligi debere, secundum Zanchum in d. §. cum ita-  
parte. 4. nu. 235. cui obiectioni respondet Socyn. con. 6. nu.  
19. vol. 3. his verbis: vbi ergo sunt tales filij, qui talem volun-  
tatem testatoris non habent, vel habere non præsumuntur,  
licet filij sint, substitutos excludere non debent, quia non  
habent id, propter quod causatur exclusio. Hec ille. Callidè  
igitur videntur aduersarij periculum hīc præteruolare velle,  
dum coniecuram affectionis erga totam cognitionem pro-  
120. certo assumunt, & tanquam probatione nō indigeat. † Itaq;  
non est mirum cūm falsum illud in principio sumpserint,  
quod postea in alia absurda, quæ consequuntur, incurvant.

A b hoc enim falso præsupposito in infinitum consideratē cognationis, dependet etiam secundum argumentum, quod ex prohibita alienatione conficiunt. Sed de hoc infrā in refutatione primæ conieeturæ, latius agemus, sicut etiam illam alteram conieeturam, quam ab exclusione parentum deducunt, peculiari tractatione à nu. 186. vsque ad num. 337. refutabimus. Denique falsum esse quod asserunt de repetitione omnium conditionum in unoquoque relictō, & quod vbiq; vnoformes sint dispositiones præterquam in illis locis, vbi expressè diformes inueniantur, in confutatione quarti argumenti luculenter demonstrabimus.

**I N T E R I M** hīc quoque præterire noluimus id, de quo testator loco præfationis in capite omnium dispositionum , disertis verbis quasi protestatus est, Nempe: se disponere, legare, & ordinare, quemadmodum distinctim & præcisè sequatur, Quæ verba, vnderschiedlich vnd bedinglich/ id est, distinctim & præcisè, omnes interpretationes (vt testatoris voluntas melior sensu existat) apertè excludunt, d.l.3. C. de liber: præter: Angel.con.340. & apertè demonstrant, quod testator noluerit vnoformes, sed discretas dispositiones facere, l.labeo. ibi: Seruius fatetur sententiam eius qui legauit aspici oportere. ff. de supell. leg. Itaq; inuertendum esse aduersariorum præsuppositum, & dicendum, quod testator vbiq; separatas & diformes dispositiones fecerit, nisi in illis tantum casibus, vbi expressè & bedinglich/ id est, præcisè eas similes esse iuss erit, sicut in legato Sabinæ & Rudolphinæ 121. videmus. <sup>†</sup> Prefationes enim mentem & voluntatem disponentis omnino declarant, per tex. in l. i. vbi Bart. ff. ad Macedonianum, idem in l. cum hi. ff. de transact. & in l. fin. ff. de hæred. instit. & in l. cum quid. ff. si cert. pet. & in l. demōstratio. ff. de cond. & demonstr. Conclusio enim dispositionis, accipit effectum ab his quæ dicuntur in proœmio, optimus textus in c. ex multa, extra devoto. sicut etiā præfatio legis, restrin-

restringit legem. l. hæc actio. ff. de calumniatoribus l. cum pater. §. idem respondet. ff. de legatis secundo. & videtur esse textus melior de iure. in l. regula. §. licet. in ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de Iuris & facti ignorantia. Multa quoq; in hanc sententiam cumulat Hor. Mandos. in addit. ad Ludouicum Romanum con. 16. Ioh. Baptista Ferretus con. 284.

**IMPERTINENTER** quoq; in fauorem liberorum Marci 122. allegantur, <sup>†</sup> con. Socy. Iun. nempe con. 100. & con. 89. vol. 3. Item Bertrandi con. 23. parte. 2. nec non Cruetta con. 62.

**N A M** Socyni casus in con. 100. longè est diuersus à nostro, ibi enim Mævia Gaię sorori ex substitutione succedere voluit, non quia in illo casu qui euenerat, vlla substitutio ad- esset, sed quia in alio casu, qui nō contigerat, substituta fue- rat, itaque substitutionem secundi capit is (cuius casus non extiterat) per repetitionem quandam, ad primum caput dispositionis trahere nitebatur: Quod Socynus ibi omnino reprobat, per regulam quæ in hac materia allegari solet, sci- 123. licet <sup>†</sup> de hoc non loquitur testamentum, ergo dici non debet. Itaque decisio illa Socyni Marci liberis omnino aduer- satur, & in neçem eorum adducta est, vt pote qui infrā, circa quartum argumentum, conditionem secundæ substitutionis, ibi: verließ aber er Sebastian mein brüder fain eheleiblich find/ ad primam substitutionem, quæ sub contraria condi- tione facta est, ibi: dann so er finder verlassen würde / nulla ratione iuris producere volunt; Allegat autem ad hoc Socyn. nu. 26. elegans & appositissimum exemplum apud Ol- dradum con. 177.

**A L T E R A** ratio Socyni est, cur Mævia sorori suæ Gaię substituta non sit, quia liberi Gaię expressè anteā matri sub- stituti erant, quare non videbatur verisimile, quod testator illos per viam repetitæ substitutionis excludendi consilium habuerit: Hīc autē frustra optant Marci liberi se substitutos, vel

vel vocatos esse, imò nec ad rē pertinere dicunt, an in priori parte legati vocati fuerint nec ne.

- S I M I L I T E R** etiam casus Socyni in cons. 89. nullam habet cōformitatem cum nostra facti specie, loquitur enim **I 24.** quando substitutio facta est in stirpes, tibi enim nō negatur, quin liberi succedant in locum parentū, nam hæc est significatio illius clausulæ, in stirpes, vt habetur in §. cum filius. institut. de hæred. quæ ab intest. defe. l.2. & authen. in successione. C. de suis & legit. & in authen. cessante. C. de legit. hæred. & in §. si autem defuncto. & in §. si verò neque fratres. in authen. de hæredib. ab intestato venientibus, & sequitur idem Socyn. Iun. con. 184. vol. 3. & Paris. con. 36. nu. 5. & con. 38. num. 10. & 11. vol. 2. Alex. con. 44. col. 6. in princip. vol. 5. Sed quorsum ista tam bona, vti monet Euerhard. in topicis suis circa præambula verf. 9. studiosos omnes admonitos volo &c. cùm tamen hīc nulla sit facta institutio vel vocatio in stirpes, sed expressè in capita tantùm, per quam clausulam omnis repræsentatio & transmissio excluditur, vti probant iam allegati, quibus adde Portium con. 54. nu. 12. & Benintendam decif. 88.

- I D E M** respondetur ad Bertrandum con. 23. quandoquidem Marci hæredes masculi non sunt substituti ipsi Marco, vt ex illa vocatione hæredum masculorum ordo successiuus colligi possit, sicut in casu Bertrandi: nec etiā sunt positi in **I 25.** conditione, prout in casu Crauettæ con. 62. † Itaq; allegare impertinens, non est respondere.

- I D** autem quod de scientia testatoris afferūt, quid aliud est, quām mera diuinatio, vbi à remotissimis contra dispositiones & verba testatoris sibi ipsis persuadent, testatorem nesciuisse vim & effectum conditionis, si sine &c. scilicet, quòd ea in testamento transuersalium necessariò apponenda esset, alioquin futurum, vt liberi defuncti à substitutis excluderentur, t̄ sed certè ridicula est hæc allegatio, velle de intelli-

intelligentia & scientia mortui certum aliquid afferere, quis enim nouit mentem defuncti, cùm variè sint hominum cogitationes. l. quia poterat ff. ad Trebel. Et quæ soli Deo Opt. Max. sunt cognitæ, vt inquit Bald. in l. r. col. 8. num. 19. C. de confessis? Vnde Cicero ad Brutum sic ait: nō ignoras, quām incerti sint animi hominum; Nimium igitur audaciter ex illa sola ratione, ignorantiam testatoris coniiciunt, & pro-explorato aliquo fundamento deducunt, quia is in legato Rudolphine, vnicam tantùm excusationem attulerit, quod de iure permisum ipsi sit, parentes à legitima defunctorum filiorum excludere, igitur testatorem nesciuisse, quòd hoc ipsum iura in exclusione liberorum à portione paterna cōcedant. Nam si hoc ei cognitum fuisset, & voluisse Marci liberos per substitutionem reciprocam, portione paterna priuare, proculdubio ad excusationem suam mentionem potestatis illius, (quam iura communia ei in hoc quoq; casu tribuerent) fecisset.

- H A C** autem imaginatio potius, quām coniectura, facile tollitur, per ea quæ inferiùs circa refutationem secundæ coniecturæ nu. 252. vers. vehementer autem pungit &c. diximus, & simul etiam ostendimus, testatorem non solum ad legitimam parentibus in liberorum bonis debitam respxisse, sed vel in primis partitionem cōsuetudinariam, quam statuta ciuitatis Augustanæ inducerent, excludere quoque voluisse: Itaque cùm tempore conditi testamenti filij fratrii Sebastiani adhuc ferè infantes essent, nullus metus in præsentia aderat de nepotibus, longo pōst tempore nascituris, & quod periculum esset, ne illi sub aliquo prætextu substitutos excluderent. † Quare vbi ponitur unus casus ratione frequentioris contingentiae, non intelligitur per hoc alias casus esse exclusus, vt est gl. not. in clemen. 1. vers. præsidentes in fin. de rescr. & posteam Bart. & Imol. Iason in l. r. nu. 33. ff. solut. matrim. & in l. 2. nu. 12. ff. devulg. Felyn. in c. nonne. 158. f. 1. limit.

- limit. s. de præsum. Bello:con. 52.nu.10. Dec.in c.2.nu.6.de fide instrum.& in c. si pro debilitate.nu.18. de iudic. & in l.2. num.33. ff. de reg.iur.Cephal.con.278.nu.32. vnde ab adscriptione alicuius superflui, ad ignorantiam alterius cuiusdam superflui, quod non fuit additum, necessariò nihil infertur.
- I 28.** † Coniecturæ autem necessariò debent concludere, alias non habetur illarum ratio, nisi tales sint, vt contrarium nemocredere possit, secundùm Gabriel:con. III.nu.11. & con. 95.num.15.
- IN contrarium autem, & quòd vis & potestas clausulæ, si sine &c. testatori probè cognita fuerit, ex ipsis verbis & serie testamenti manifestè & vrgenter probatur; Hancenim conditionem in legato Rudolphinæ ter, in Sabinæ bis, & circa institutionem Petri geminatè posuit: Impossibile igitur est, vel quòd eius effectus ipsi ignotus fuerit, vel dum Sebastiani filios institueret, & inuicem substitueret, de ea nihil cogitauerit.
- Hoc planè modo & in terminis ferè nostris responderet
- I 29.** Gratus con. 19.nu.19.vol.2. † vbi ait regulam, quam ponit gl. in l.tale pactum. §. fin. ff. de pactis, scilicet quòd dispositio interpretanda sit, prout verisimile est disponentē responsurū, si interrogatus fuisset, non pcedere eo casu, quando testator longam dispositionem fecerit, & in pluribus casibus similiiter prouiderit, tunc enim in casu omisso, videri ex industria factū esse, maximè si omissa esset conditio voluntaria, qualis est cōditio, si sine &c. Copiosius hoc idem deducit Hieron. Gabriel.con. 95.nu.15.vbi ad propositum allegat Socy.con. 76.num. 7.vol.3. Eandem sententiam post multos allegatos probat Acchil. Personalis in tractatu de adipisc. poss.nu.200. Prætus quoq; con. 42.nu.30. & Hypp. Rimin.con. 117.nu.75.
- I 30.** Quamuis † alias quoq; in omni materia exorbitanti, sicuti est subauditio conditionis, si sine &c. regulaglossæ in d.l.tale pactum nullum habeat vigorem; Tunc enim debet fieri restrictio

restrictio, ad verba & mentem ex verbis sumptam specificè. Ita respondet Alex.con.32. in fine.vol.7. Iason quoque con. 171.vol.4. & in con.31.col.fin.vol.3. Et sic omnino etiam vo. „ luit testator, dum ita exordiretur: postea dispono, ordino, & „ lego, vti deinceps discrete & specificè sequitur.

INTERIM tamen cur negant aduersarij Rudolphinæ & Sabinæ legata non habere tales conditiones, si sine &c. licet quinques ibi legantur? Et quamuis eodem modo in reciproca non sint ascriptæ, sicuti in liberorum Petri substitutione, tamen ad excludendum gradum, der geschwisterl. & geschwistergetlind adiecte sunt, vnde clarum relinquitur, quòd de illa conditione & cogitauerit, & eius virtutem & efficaciam bene notam habuerit. Quam interpretationem non esse magistralē, sed legalem & necessariam, inquit Socyn.con. 191.vol.2. per tex. in l. sicut certi. & in l. si cum vel in utero. C.de test.mil.

AD reliquias aspergines quod attinet, vbi aduersarij, aliquot prolatis exemplis testatore ratione omissionis aliquot casum, & sic de insufficientia arguunt, quemadmodum Scœuolæ quoque accidit, in l. Gallus:ff. de lib. & posthum. & simul etiam Notarium inscitię culpant, quasi imperitè conditionem, si sine libertis, in hac nostra reciproca prætermisit. Huic obiectioni cum Paulo Castren. in cōn. 185.vol.2. breuiter respondemus, ipsos damnare potius testatorem, quòd aliter facere debuerit, quām fecerit, cūm tamen casus contingens præter ordinationē testatoris, non comprehendatur, etiam quòd maior ratio in uno casu sit, quām in alio, citant oēs Cynum, in l. quod fauore. C.deleg.cuius decisionis estratio, † nam quod testator non loquitur, nō præsumitur velle, Bald. in l. i. §. Sin autem ad deficientis. C. de cad. toll. per illū tex. Dec.con. 63.col.2. & con. 89.nu.11. Paris.con. 3.nu.8. & con. 39.nu.3.vol.3. Hinc & Bald. in l. cum proponebatur. oppo. secunda. ff. deleg. 2. dicit illud, quod omittitur at ayd. 131

testatore in scriptura, & prolatione verborum dispositiua, haberi pro omisso, nec in casu per testatorem omisso, præsumi adesse tacitam eius voluntatem, idem Bald.con.167. col.2.vol.5.sequitur Rol.à Valle cō.56.col.3.vol.3.& pleniū Neuizan.con.31.nu.20.tex.in l.militis codicillis.ff.de milit. testam.& per eum text. Bald.con.167.col.2.lib.5. Tiraq.de iur.primigen.q.40.nu.146. Igitur quæ à testatore dicta non sunt, referuntur ad ius cōmune, ita Æmyl. Ferretus con.11. nu.3. & éléganter hoc propositū tractat Bolognetus con.15. Ratio est, quia non debemus addere ad textū, nec requirere plus quam litera requirit, per text.in l.Gallus. §.videndum est.vbi hoc not. Bald.not.5.ff.de lib. & posth.& ibi sequitur Angel.vterq; Imol.& Bald.in l.i.in fin.ff.de cur.fur.in l.oēs populi.col.1.& col.7.vers.dico ergo.ff.de iust.& iur.

I 32. Q uicquid igitur hīc dicant aduersarij, cūm omissio vel adscriptio clausulæ, si sine &c. non ita pertineat ad officium Tabellionis, quemadmodum appositio inductionis & Consulūs &c. † sed agatur de eiusmodi dispositione, quæ ortum habet, ab ipsius testantis voluntate, tunc si quis dicat, errasse vel omisisse aliquid Notariū, probare hoc necesse habet, per quinq; testes: alioquin semper statur verbis instrumenti, ita distinguit Bald.in l.errore. C.de testamētis. & in l.i.col.fin. C.de priui.dot. Bart.in l.si quis filiab. ff.de testa. tute. Bald. con.263.col.1.vol.1. Rom.con.179.col.2.cū similib. quos ibi cumulat Horatius Mandosius. Soc.con.20.col.pen.col.3.cū aliis per Dec.cō.490.nu.10.con.639.col.2.& in l.si librarius. nu.3.& 4.ff.de reg.iur. Natta con.16.nu.18.& plures alios adducit Gabriel.li.6.tit.de consuet.conclu.4. dicēs esse magis communem, Mandellus pulchrè con.59.nu.4. Cephal.con. 179.nu.25. Mēnoch.con.37.nu.154. Io.Maria Rimi.con.456. nu.15. Hypp.Rimin.cō.80.nu.45.& con.105.nu.16.& cō.47. nu.54. Dionysius de Barisēis con.41.nu.38.& Vincen.de Pa-læotis.con.135.inter con.vlt.vol. Mynsing.decis.98.cent.4.

DENIQVE

D E N I Q U E vt ad omnia argumenta aduersariorum respondeamus, cūm nullibi ex testamento probari possit, si Marcus ante testatorem obiisset, quod ad deficiētem ipsius portionem, liberi in eius locum per vulgarem vocati fuissent, nempe in casu, quod tam reciproca, quam posterior substitutio omissa esset: igitur falsam esse dicimus eā illationem & statum causæ, quam aduersarij in triplicis suis adstruunt, scilicet ex illo antecedenti (quod tamen non probant) colligi debere, Marci liberos etiam extincta iam, ob patris agnitionem, vulgari, tamen à portione illa per reciprocā non excludi debere, ad quam antea, si ea propter patris præproperum obitum defecisset, vulgariter vocati essent.

P R A E T E R E A stante etiam illo antecedenti, vulgaris nimiriū vocationis, quam assertionem fictitiam esse suprà num.57. ostendimus, tamen argumentum non concludit, si dicas, Marci liberi in deficiente paterna portione vulgariter successissent, in casu, quando patri ipsorum reciprocē non esset substitutum: Ergo in casu contrario, vbi substitutum fuit, post patris agnitionem, ab intestato quoq; substitutum excludunt: † Imò contrariorum contraria est ratio & dispositio. l qui accusare. ff. de accusatio : l.fin. ff. de calū. §.plus autem. & ibi Angel. & Iason notāt Institut. de actio: cum similibus. Nec est, quod hoc argumentum æquiparent cum rationibus quas affert Socyn. Iun. con. 100. vol.3. vbi ab expressa vulgari substitutione liberorum Gaiæ, infert ad exclusionem tacitæ reciprocæ, quam mediante repetitio-ne quadam configere volebat Mæuia. Nostri autem aduersarij à tacita & nullibi probata vulgari, & deniq; ex casu, qui nunquam euenit, (quod vel maximè ibi reprobatur Socyn.) conjecturas sumunt, ad excludendam expressam reciprocā contra tex.in l. sed si plures. ff. de vulg. & pup. Nec

I 34. Texratione tacita, arguimus ad derogationem expressi, se-  
cundūm

cundūm Bald. in l. i. nu. 5. C. quæ sit longa con. Et absurdum est, per volūtatem incertam, ei, quæ certa sit, derogari, Cræueta cons. i. pro genero. num. 349. quia ex tacito intellectu non inducitur correctio. Io. Maria Rimin. con. 423. nu. 3.

N I M I S audacter quoque in triplicis suis aduersarij reprehendunt aduocatos D. Magdalena, quasi sophisticè & malitiosè confundant vtranq; dispositionem testatoris, videlicet priorem, vbi vocantur filij Sebastiani, & sequētem, vbi reciprocè inuicem substituuntur, sed quam illi priorem vocent, nō satis explicant. Videntur enim coniungere verbalegati, ibi: Auch allen seinen cheleiblichen kindern / id est, etiam omnibus aliis legitimis & naturalibus corporis filiis: Et verba affirmatiua conditionis in reciproca ibi: Dann so er kinder verlassen würde. id est, nam si filios relicturus esset: vtranq; enim clausulam dispositiuam, & vocatiuam liborum Marci esse volunt, quod falsum est.

P R I M A enim disponit quidem, sed nō de liberis Marci, tum quia nō continentur sub nomine **kindler**, sed **kindess** **kindler** / tum etiam quia non habent qualitatem, quam testator successioni dedit, non enim fuerunt in rerum natura, cùm frater testatoris obiret, ad quod tempus successio

I 35. claris verbis restricta legitur: † Tempus autem determinatum non recipit functionem alterius temporis. l. vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsufruct. leg. Bald. in c. licet. col. i. ex. de suppl. negl. præl. Iason in Authen. quæ supplicatio. C. de precibus Imper. off. Natta: consil. 485. num. 6. Licet etiam absque ea expressione, tamen interpretatione quoque iuris non admitterentur. d. l. si cognatis, cum sua materia. ff. de reb. dub. Nec procedit argumentum, secundūm Dec. cō. 394. in principio, cùm ita colligitur, si eo tempore extitisse, locus erat successioni: Ergo licet non adfuerim, excludo substitutum. † Quia non recte sumuntur coniecturæ ex præsuppositis, quæ in facto non acciderunt,

vti sæpe iam allegauimus, & probat Socyn. d. con. 100. vel excasibus, quos testator nō expressit secundūm Hyp. Rim. con. 173. nu. 47. & in fine consilij.

A L T E R A autem clausula, dann soer **kindler** verlassen würdet / id est si filios relicturus esset, nullo modo disponit,

I 37. sed casum tantum format: † quia verba illa affirmatiua, si filios relicturus esset, sunt subiunctiva, ideo nihil ponunt in esse, sed futurum & possibile tantum significat, vt per Bart. in l. i. ff. de iur. codicill. q. 7.

I 38. † Q V A M V I S enim ablatiui absoluti, (cùm itidem affirmatiuè proferantur) aliquando accedat ad naturam dispositionis, si negatiua sequatur, veluti si dicas, Extantibus masculis, fœminæ non succedant, vt declarat Castren. in l. in ratione. §. tametsi. ff. ad l. Falci. & Ruin. cō. 141. nu. 12, vol. 3.

I 39. † Tamen vocabulum, Si, dann so er kinder ic, nunquam per se est aptum dispositioni, vt tradit Bald. in rubr. C. de instit. & substit. Alex. consil. 185. num. 19. vol. 2. Ruin. loco citato, maximè cùm verba dispositiua & executiua statim subsequentia, non dirigantur ad filios affirmatiuè in quæstione positos, sed ad defuncti ex illis superstites fratres & sorores, sicuti distinguit Alex. ibi: & addit differentiam esse faciendam, quando verba concepta sint per ablatiuos absolutos, vel sine eis, quem refert & sequitur Hyp. Riminald. consil. 285. numer. 68. & Cephal. con. 517. num. 20. vbi ait: Quando verba conditionalia non diriguntur ad filios, sed ad institutos, tunc respectu filiorum, illa verba nihil disponere, allegat Zuccard. in l. i. num. 72. C. de pact. Denique quodd verba enunciatiua conditionaliter proleta nihil disponant, est text. expressus in l. ex facto etiam agitatum. ff. de hæred. institu. & in l. quia autem. ff. si quis omiss. cau. testamen: Nam ea quæ præsupponuntur, vt hic: si liberos relinqueret, neq; ad dispositionem, neq; ad probationem prosunt. l. cum tale, §. fin. ff. de cond. & demonstr. & ita tenent Dñi dero-

derota. decis. 23. de procurat. in antiq. Marsil. sing. 60. Alex. con. 17. nu. 8. vol. 2. & con. 126. num. 5. vol. 5. Cassan. con. 44. nu. 8. Crauetta con. 186. nu. 3. Hyp. Rimini. con. 31. num. 31. & 33. & con. 297. nu. 21. Itaque si aduersarij putant binas esse dispositiones, vbi filij affirmatiuè in quæstionem ponuntur, & vbi defuncti fratres reciprocè substituuntur: certè grauiter errant, sicuti ex supradictis manifestè patet, & intrà quoq; nu. 168. cum seq. & nu. 347. probabimus.

Vt autem quæstionem istā tandem finiamus, quatuor illam cōclusionibus, quæ nulla ratione iuris expugnari possunt, firmabimus.

140. PRIMA est, † quod conditio, si sine &c. in testamento collateralium ex communi opinione non subintelligatur, neque locum habeat dispositio d. l. cum auus. & l. cum acutissimi. Et quāuis aduersarij vehementer contendant, hunc non esse statum causæ: neque se in dispositione illarum legum, & tradita ibi à dd. communi opinione, aliquod fundamentum ponere: tamen sufficit nobis, quod interpretatio illa legis (alioquin à iure exorbitantis) Marci liberis non adsistat, & sic necessitas ipsis imposita sit, vt aliis vrgentibus & manifestissimis argumentis (quibus destituuntur) clarè probent, talem conditionem in ipsorum fauorem, & ad excludendam substitutam D. Magdalena omnino subintel-

141. ligi debere. † Nam qui in testatoris voluntate fundatum ponit, illam euidenter docere debet. Vti tradit Ripa, in d. §. cum ita. nu. 56. Socyn. Iun. conf. 185. nu. 3. lib. 2. Crauetta con. 161. nu. 16. aliás interpretatio fit contra eum, qui ntititur voluntate dubia. Crauetta con. 208. nu. 3.

ALTERA conclusio sic habet: quandoquidem in multis aliis substitutionibus, testator liberos grauati nominatim exceptit: hīc autem fratri prædefuncto simpliciter & absque vlla cōditione liberorum, superstitiēm sororem substituit: inde aperte colligi, quod consultò talem conditionem

nem omiserit l. commodissimè ff. de lib. & posthum. li. 1. §. fin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. & ita in terminis tradit Andr. Barbatias in repet. d. l. cum acutissimi, quod si pater institutis duobus filiis, personæ vnius substituit sub conditione, si decederet sine liberis, alteri verò simpliciter. Hoc casu refert Cumanum consuluisse (& ipse ibi illum sequitur) quod in persona filij, cui facta fuit substitutio simpliciter, non intelligatur repetita illa conditio, si sine libe-

142. ris: † quia cùm in vno tantùm expresserit, videtur, quod in alio noluerit eam apponete: quia si voluisset, etiam ibi eam apposuisset: quod dictum sequitur Socyn. inter consilia Curtij Sen. conf. 2. incip. eleganter & subtiliter. & Roman. con. 370. Hanc etiam opinionem Cumani veram esse, dicit Molyn. ad Dec. in l. generaliter. C. de instit. & substit. latè etiam hāc materiam prosequitur Socyn. Iun. con. 128. nu. 33. 49. 52. 78. & 93. lib. 1. Crauetta quoque con. 67. per text. in d. §. fin autem ad deficientis. c. inter corporalia. extra. de translat. prælat. c. ad audientiam. extra. de decim. vide etiam Aug. Beroium: con. 128. num. 26. vol. 2. & hoc ipsum probat Socy. Iun. in eodem con. 100. vol. 3. quod aduersarij in fauorem suum malè allegārunt. Et nos etiam intrà circa refutationem quarti argumenti num. 360. multos alios ad hoc propositum citabimus.

QUOD autem aduersarij hīc iterum excipiunt, se non nisi sola pietatis coniectura, de qua in d. l. cum auus, hoc contra ipsis facit: nam si regula sumpta ex d. §. Sin autem ad deficientis, &c. excludit etiam pietatis coniecturam & interpretationem legis: quantò magis excludet aduersariorum imaginationes & diuinationes, quæ nullum neque ex legis interpretatione, neq; ex verborum significatione adminiculum habent.

TERTIA & quarta conclusio ex aduersariorum præsuppositis ita sumitur: Si verum esset, quod in conditione

I affirma-

- affirmatiua reciprocæ, dann soer finder verlassen würdere. continerentur Marci liberi: concedi quoq; oportere, ipsos per sequentem reciprocam (vbi aliis gradus nempe defuncti superstes frater & soror dispositiuē vocatur) apertè præteritos esse. Nam eo ipso, quod liberi cuiuscunq; gradus (vt volunt aduersarij) & in his Marci liberi, in quaestione sunt positi, & postea certo alicui gradui, fratrum nimirum & sororum dispositiuē prouidetur, cæteros neglectos esse, ambi 143. bigi non potest. d.l. quod in rerum. §. si quis post, ibi: t quod alij destinatum est, ademptum esse videatur. ff. de leg. 1.
144. t Diuersis enim gradibus, scilicet filiorum, nepotum, & fratrum propositis; vbi certo alicui gradui res addicitur, alij non veniunt. l. si inter me & te: ibi: quia eo ipso, quo meam esse pronunciatum est, ex diuerso pronunciatum videtur, tuam non esse. ff. de excep. rei iudic. Ratio est, quia secundum interpretationem aduersariorum, de nepotum quoq; iure quæsumus, attamen alteri gradui legatum datum fuit. l. penult. §. Latinus Largus. ff. eo.

Ex eodem fundamento quarta etiam conclusio elicetur: Cùm enim conditio affirmatiua, si frater Sebastianus liberos relinquenter, sub qua dispositio reciproca concepta est, aduersariuē opponatur substitutioni collateralium, factæ sub conditione, quando Sebastianus nullos liberos relinquenter, non potest illa posterioris substitutionis conditio negatiua, si sine &c. trahi ad priorem reciprocā conceptam sub conditione affirmatiua, si cum &c. & sic ad casum omnino oppositum ita in terminis nostris respondet Socy. con. 140. nu. 9. vol. 1. & Socyn. Iun. in s̄p̄e allegato con. 100. nu. 23. vol. 3. de quo infra in responsione ad quartum argumentum nu. 405. copiosius agemus.

I STA spostiores duas conclusiones, licet sint ineui-  
tabiles, ita elidunt aduersarij, vt dicant, duplices compre-  
hendi

- , hendi dispositiones in illis verbis: Nam si liberos reliqui rit, tunc hi eo modo vt dictum est, & subsequenter specificatè exprimetur, hæredes sunt, Nempe si quis ex liberis eius &c. sequitur reciproca.

In priori enim parte, ibi: Nam si liberos relinquenter &c. Marci liberos contineri quidem, sed honorari & vocari à testatore: itaque sine contradictionis vitio in sequenti reciproca, vbi liberi Sebastiani grauantur, conditionem, si sine &c. suppleri posse, sed nos hanc ab aduersariis desideratam vocationem falsam esse iam s̄p̄e ostendimus, nempe suprà nu. 137. & seq. & infrà nu. 168. & seqq.

Et nemo est tam stupidus, qui non videat vnicam esse dispositionem factam sub conditione affirmatiua librorum, quos Sebastianus relicturus esset: & quod ob apposita illam conditionem nemo illic vocatus, honoratus aut exclusus fuerit, s̄p̄e all. l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa, &c.

## S V P E R I V S D I X I M V S, S E X T A M Q VÆ-

145. stionem quæ est, t an Marci liberi tales personæ censem possent, quæ ex presumpta mente testatoris excludant substitutam ) symbolizare cum materia l. cum auis. & cum ea tractatione, an quis tacitè, tanquam in conditionem positus, à substitutione exceptus esse videatur? ita enim eas æquiparat glo. in l. Lucius Titius qui fratrem. ff. de hær. institu. prout dicit Socyn. in d. §. cum ita. num. 20. In huiusmodi autem quaestione communiter illa traditur regula, quod ex mente testatoris nō sit præsumptum, vt is substitutum excludat: t in cuius persona hæc tria non concurrant, videlicet quod sit ex descendentibus testatoris, & quod ab intestato excludat substitutum, denique, quod dispositiuē vel conditionaliter testamento insertus esse reperiatur. ita post multam disputationem cōcludit Zanchus in d. §. cūm

- ita. parte 8. nu. 229. & seq. Nullam autem harum qualitatum Marci liberi sibi arrogare possunt, quamuis omnes simul adesse conueniat. Non enim sunt ex liberis testatoris: neque etiam ab intestato excluderent substitutam, ut potè in relictō à patruo magno, sicuti concludit Couarr. practic. quæst. 38. versic. decimò apparet &c. Et hoc maximè verum in hac præsenti quæstione, vbi tractamus, an Marci liberi tales sint, qui ex præsumpta mente testatoris excludant substitutum, ibi enim & quando ita quæstio formatur, inspiciendum est, quis proximior sit testatori, non grauato, sicuti post longam disputationem egregiè concludit Socyn. in l. si cognatis. col. pen. & fin. ff. de reb. dub. & in consil. 249. numer. 24. versic. primo casu est aduentandum &c. vol. 2. cuius dicta pulcherrima ibi vel sola, omnes aduersariorum argutiones prosterunt; Inquit 147. enim, aduerti debere, quod † cum substitutus habeat expressam mentem testatoris, necesse esse, vt is, qui ad eum excludendum tacitè subintelligi velit, manifestè ostendat, non parem tantum, sed maiorem etiam affectionem erga se, quam substitutum, testatorem habuisse: Nam etiam data simili affectione, nihilominus tacita cederet expressæ. l. si ex pluribus. ff. de suis & legitim. l. pen. ff. de iust. & irr. testam. & expreſſum est taciti exclusiuum. Angel. Aretin. consil. 11. num. 13. Quarè Molyn. rectè reprehendit Decium in consil. 254. malè eum consuluisse dicens, quia tacitam & conjecturatam testatoris voluntatem, ei quæ erat expressa, temerè prætulerit. Subdit autem postea Socyn. præsumptum esse, quod testator propensiorem animum habuerit, versus illos, qui potiores in eius successione ab intestato futuri fuissent: illos verò, qui non successissent testatori, non posse dici tacitè inclusos ad exclusiōnem substituti, hæc ferè Socyn. sed & Cephal. quoque con. 148. 132. num. 6. indubitatum esse scribit, † Quod is qui non est propin-

propinquior in gradu testatori, ex verisimili mente testatoris expressè substitutum nequaquam excludat.

POSTREM O deceit etiam Marci liberi tertium requiritum, quia testator illos tantum filios dispositioni suæ inclusit, quos Sebastianus frater post mortem relicturus esset, sicuti suprà nu. 54. & 55. diximus: sed dicti Marci liberi longo post tempore quam auus ipsorum Sebastianus obiisset, in lucem venerunt; igitur non sunt nati in eum casum, qui testamento comprehensus est. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. & censentur planè aliæ esse personæ ab iis quibus testator prouidere voluerit. Secundum eundem Socyn. con. 76. nu. 6. verl. Sextò probatur. lib. 3.

149. S V P E R E S T septima & ultima inspectio, † an saltem æquitatis, inter testatoris fratrum filios, & vniuscuiusque descendentes seruandæ gratia, conuenientius videatur, vt quod vnicuique fratrum, & eius filiis relictum est, apud posteros ipsius conseruetur, exclusa interim, vel potius dilata substituti vocatione: de qua materia multa scribunt repeatentes in d. §. cum ita. Verùm illi hanc æquitatem tantum considerant respectu descendantium testatoris, per l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. l. vt liberis. C. de collat. cum similib. Socynus autem Iunior in con. 172. nu. 21. vol. 2. istam rationem æqualitatis seruandæ etiam ad filios fratrum testatoris producit, vt mirum sit, quod ab aduersariis allegatus non fuerit: Attamen ista consideratio nunquam habet locum contra expressè substitutum, sed tantum quando dubia voluntas testatoris interpretanda esset: secundum Burfat. con. 2. num. 63. qui ad propositum citat Ias. con. 18. vol. 1. Socyn. con. 127. vol. 3. Dec. con. 254. Paris. con. 34. vol. 2. &

150. probat Zanchus in d. §. cum ita. parte. 1. nu. 86. † Vbicunque enim testator specialiter prouidit, cessant eiusmodi coniectiones. Rom. con. 152. num. 3. vbi Mandos. & con. 503. † Nec est absurdum, quod in testamento extranei vni plus, alteri

I 3 minus

minus relinquatur. ita Gerard. Mazolus. con. 1. nu. 42. Quare talis dispositio expressa, captiosa quadam & imaginativa interpretatione alterari non debet. Socyn. con. 104. num. 8. lib. 3. Quilibet enim est bonorum suorum moderator & arbitrus. l. in re mandata. C. mandati. sicut in simili argumentatur Castr. con. 185. vol. 2. ubi concludit, omnem dispositiōnēm esse seruandam, quando non sit à iure improbata, vel contra bonos mores, vel in humana, etiam si reprehensione non careat. l. Mæius. ff. de cond. & demonstr. Et ibi latius infert, non esse absonum & contrarationem, etiam si una pars ex vocatis sola legatum obtineat: † quia hoc in potestate testatoris fuerit, neque propterea cuiquam iniuriam fieri, maximè quia conditio, de qua in suo casu loquitur, potuerit existere in aliis, & in D. Isabeta, pro qua ibi respondeat, deficere. Quemadmodum in nostra quoque facti specie D. Magdalena etiam relictis liberis, ante fratrem Marcum decidere potuit: subdit itaque Castr. quandoquidem tunc aliae, si ex ipsorum sententia res cessisset, non reputasent hoc iniquum; non ergo potuerunt, postea quam aliter accidit, dicere illud, quod si in earum persona extitisset, non fuissent dicturæ. arg. l. pen. C. de solut. l. si & rem & prætium, cum ibi not. ff. de pet. hæred.

POST E A Q Y A M igitur per sufficientem partium enumerationem euidenter ostendimus, nulla via, vel ratione succedendi, legatum illud 16000. aureorum (quod post tres conformes sententias iterum in controversiam vocatur) ad Marciliberos pertinere: reliquum est, vt addiunctiones & argumenta aduersariorum (quæ etiam suprà à nobis, data occasione, sed tantum per saltum & Satyram perstricta sunt) pleniori stylo respondeamus.

## PRIMAM

PRIMAM CONIECTVRAM, QVARE testator Marciliberos in portione patris sui, substitutis praeferre voluerit, sumit D. Consulens ex affectione, quam is ad omnes Sebastiani fratris sui liberos & descendentes in infinitum habuerit: & hanc e qualēm affectionem tam erga primi, quam secundi & cuiuscunq; gradus liberos pluribus verbis demonstrare conatur.

SE D antequam palam faciamus, quam fragiles, & nulla ex parte concludentes sint illæ conjecturæ, quibus parem illam affectionem euincere tentat, primò p̄mittendum erit, Dominum Consulente in extruenda hac prima conjectura paris affectionis, nit contra receptas alioquin conjecturas, quas in hoc casu d. ex iure nostro colligunt.

PRIMO enim passim receptum est, † quod remotiores testator minus dilexisse videatur, quam proximiores, Oldrad. consil. 141. Socyn. consil. 63. num. 18. vol. 3. arg. l. si viua matre. & quæ ibi not. C. de bon. matern. Socyn. Iun. consil. 118. num. 26. vol. 1. cum similibus, quandoquidem inter eos est ordo charitatis. Iulius Clarus in §. testamentum. q. 80. in princip. & prima charitas excludit posteriorem. Bald. con. 492. incip. non est dubium. lib. 2. Magdalena autem proximior erat, quam Marciliberi. Vnde consequens est, quod si testator fratris sui liberis per nomine generale & collectuum plurimorum graduum aliquid legasset, nemine ex illis nominatim expresso: tamē, D. Magdalena, defuncto ipsius fratre Marco ante testatorem, prælata esset liberis eius, propter ordinem nimirum charitatis & affectionis. Dilectus Durans de arte testandi. tit. 4. cautela 6. nu. 4. Semper enim legatum censemur factum contemplatione eius, qui magis coniunctus est testatori. ita responderunt Alciatus consil. 153. nu. 3. Natta consil. 14. nu. 4. post Castrensem con. 97. lib. 2. & quamplures alij, quos citat Menochius con. 151. num. 2. per l. 3. §. si duo. ff. de legit. tut. Bar. in l. sicui. §. j. col. fin. ff. de leg. j. Mantua. con. 3. vol. 2.

**154.** SECUNDÒ legitimè præsumitur, quòd † testator magis dilexerit natam iam tempore testamenti Magdalenam, quam nascituros Marci liberos, ut habetur in l. qui filiabus. ff. de leg. i. facit tex. in l. Titius, & in l. idem prætor. ff. de suis & legit. Corn. cō. 304. col. 2. circa med. lib. 4. Curt. Iun. cō. 57. & 58. Crauet. con. 173. nu. 12. Neuiz. con. 34. nu. 43. Socy. Iun. con. 30. nu. 23. & 24. vbi allegat Bar. in quodam suo consilio concludentem, Quòd si testator substituit Titium & eius filios, debere talem substitutionē intelligi de filiis qui tempore testamenti erant nati, & sic noti, & per testatorem dilecti: citat autem ibi Socynus quamplures alias solennes dd. qui cum isto consilio transeunt. Quod verum esse aliqui dicunt, licet dispositio collata esset in futurum aliquē euentum, nihilominus tamen natos tempore mortis, præferri debere aliis qui extant tempore euenientis conditionis. ita Socyn. Iun. con. 112. col. 1. vol. 3. Crotus in l. filius f. §. diui. nu. 164. vers. quid tenendum. Tiraq. de retractu municip. §. 1. gl. 9. nu. 97. Cephal. con. 16. num. 17. & acerrimè super hac quæstione inter se contendunt celeberrimi Iurisconsulti totius Italiæ, in causa Triuultiana, Quicquid sit. Marci liberi nec eo tempore, ad quod testator vocationem expressè retulit, in rerum natura erant: & sic non solum interpretationem iuris, sed etiam ipsissima verba testatoris contra se

**155.** habent. † Concursus autem iuris, cum ipsa dispositione, fortissimam habet energiam. Alex. in l. quidam ita. §. vlt. col. 1. ff. ad Trebell. & in con. 93. nu. 8. Dec. in l. 1. C. qui admitti. & con. 43. col. 3. Moly. in con. pro duce villæ Hermosæ, nu. 86.:

**156.** TERTI O † semper videntur esse prædilecti etiam in legato familiæ relicto, quos testator nomine proprio vocavit, tanquam singulari quadam affectione nominati. Ruin. con. 115. nu. 19. lib. 3. Paris. con. 39. nu. 8. & num. 16. lib. 2. Curt. Iun. con. 57. nu. 4. Socyn. Iun. con. 20. nu. 8. lib. 2. Itaq; nullo modo se possunt cum illis comparare, vocati per nomen generis,

generis, posito quòd verum esset, Marci liberos sub illis verbis, Auch allen meines brüderseheleiblichen kindern ic. contineri. Ruin. con. 101. nu. 10. lib. 2. Curt. Iun. d. con. 58. nu. 4. vbi firmat, Si testator vocauerit ad fideicommissum filios & eorum liberos, priùs debere admitti filios, quam nepotes ex fratre præmortuo. Quod locū habet etiam in casu, quo clausula illa, Auch allen ic. non esset postposita nominatio- ni, sed eam præcederet, nihilominus enim vocati nominib. propriis magis dilecti esse censerentur. I. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. I. Publius. §. vlt. ff. de condit. & demonst. Et in specie ita affirmarunt Bar. & Paul. de Castro in l. cum ita. §. in fideicommisso. vbi tex. ff. de leg. 2. Imò quod fortius est, hoc procedit, quādo nominati posteriores essent in gradu, cùm præsumptio charitatis oriens ex nominatio- ne præualeat. Alciatus in d. §. in fideicommisso. nu. 4. Ruin. con. 134. nu. 23. lib. 2. con. 163. nu. 12. lib. 3. Socynus con. 37. nu. 3. lib. 3. Curt. Iun. in d. con. 57. nu. 10. Quæ eleganter colligit præstantissimus ætatis nostræ Iuris. Iacob. Menoch. con. 200. nu. 10. Quibus addo Augustin. Beroium con. 97. nu. 20. vol. 2. Multis igitur nominibus in præsenti quæstione dilectionis, superat Domina Magdalena liberos fratris sui.

**P R I M O**, ex ordine charitatis & affectionis, tanquam prior gradu.

**SECUND O**, ex ordine scripturæ, tanquam prior vocata.

**T E R T I O**, tanquam vocata nomine proprio.

**Q V A R T O**, tanquam tempore testamenti & mortis testatoris (ad quod in reliquis legatis testator præcipue re- spexit) & denique eo tempore cùm Sebastianus decederet, & sic euenientis conditionis, in rerum natura existens.

**Q V I N T O**, tanquam bis, id est, in legato & in reciproca substitutione, expresso certo nomine & gradu, honorata, quod magnæ considerationis esse scribit Crauettus con. 326. nu. 6. Bursatus con. 67. nu. 26.

- I STAE enumeratae coniecturæ cùm sint adeò legales, vt ius nō solùm ita de voluntate testatoris præsumat, sed etiam quandoq; desuper statuat. sicuti legitur in d. §. in fideicommisso: certè coniecturis vehementibus opus erit ad demonstrandum, aliam fuisse affectionem testatoris, quàm communis sensus habet: quandoquidem semper requiritur,
- I 57. † quòd coniecturæ necessariò debeant concludere. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebell. Multò igitur fortiores, imò planè inconuincibiles esse debent coniecturæ, quando arguitur contra coniecturas fundatas in iure communi adeò, quòd nec duo testes contra eam sufficient, nisi sint excellentiores & digniores, atque omni prorsus exceptione maiores, vt per Spec. tit. de probat. §. vlt. vers. vlt. & notatur in c. quia. de præsumptio: & in l. 3. §. si eum ff. de lib. hom. exhib. & in l. generaliter. §. si petitum ff. de fideicommiss. libert. & in
- I 58. l. nupturæ. in fin. ff. de iur. dot. cum concord. † Maiores enim præsumptiones vincunt minores. Anchar. Rheyensis q. 7. num. 6. Quia præsumptio, quæ est secundùm regulas iuris, tollit alias præsumptiones. Bald. in l. si quis decurio. C. de falsis. quandoquidem illa coniectura, ne recedatur à regulis iuris, est fortior. Gratus consi. III. num. 75. lib. I. † Imò nimium velle contra regulas iuris subtilifare, vbi res est clara, est perniciösè errare. sicut inquit Rol. à Valle con. 55. nu. 7. allegat Bald. in l. precibus. C. de impib. & al. subst. Zuntus pro vxore, nu. 109. & seq.

D I S P I C I A M Y S igitur, quales ex præsumptiones sint, quibus ingeniosus Dominus Consulens euincere vult, testatorem tam Marci liberos (eosque non vocatos, imò nondum natos, & per consequens, ignotos sibi) quàm Magdalenam (in legato nominatim vocatam & substitutam, nec non tempore conditi testamenti, & mortis testatoris, nec non euuenientis conditionis existentem) contra allegata hie

ta híc proximè, pariter dilexerit, & testando amplexus fuerit.

V E R V M pro stabilienda hac prima coniectura paris dilectionis, nihil aliud assertur, quàm nuda illa assertio, Marci liberos, casu, quo pater ipsorum ante testatorem diem suum obiisset, sub illis verbis (auch allen seinen ehelichen Kindern/ die er in fünftig ic. überkommen wirdt) pariter cum Magdalena amita ad legatum vocatos; ergo pariter dilectos fuisse. Quod an verum sit suprà ante num. 57. versic. nec meliorem, abundè demonstrauimus. Vnde infert, eandem voluntatem fuisse testatoris in substitutione (scilicet vt patris suilocus ingrederentur) quæ fuerit in legato. allegat Bart. in l. vlt. ad Trebell. & in l. j. C. de impub. Aretin. con. 155. versic. & scilicet.

H A N C verò assertam vocationem liberorum Marci duplici argumento confirmat: Primò, quia sub verbo, Kinder / comprehendantur etiam nepotes: quandoquidem testator in toto suo testamento promiscue vsus fuerit vocabulo, liberorum, & descendantis lineæ hæredum. Deinde inspiciendum ex mortis euentu, quos liberos aliquis relieturus esset: cùm vulgò receptum sit, quòd filiorum tantum mentione facta, in locum prædefundi succedat nepos.

I 60. N o s autem suprà nu. 46. † ex communi dd. sententia, & ex peculiari significatione vocabuli Germanici **findet** /

I 61. luculenter probauimus, † Marci liberos ad legatum non fuisse vocatos. Zafius consil. 7. per totum lib. I. & in fine tractatus substitutionum, in explanatione clausulæ, si sine libris &c. Vnde validè retorquetur hoc argumentum in contrarium, scilicet, quandoquidem ad legatū vocati non sunt, nequaquam eos in reciproca ad exclusionem vocatorum subintelligi debere. per allegata ab ipsomet Domino Consul-

tore, & ne mutatio voluntatis arguatur. I. non ad ea. ff. de cond. & demon.

**R E T O R Q V E T V R** etiam secundò, quod de promiscuo vsu descendantis linea hæredum, & vocabulo **Kinder**/adductum est. Lectio enim testamenti ostendit, testatorem in reliquis testamenti partibus, descendantis linea hæredum mentionem, & id conditionaliter tantùm, sèpenumero quidem fecisse, nunquam verò in hoc legato, sed semper verbo, **Kinder** vel **chelëiblich Kinder** / eoqué duodecies vsum fuisse: ex quo euidentissimè testatoris mens colligitur, quòd in hoc legato primi tantùm gradus liberis fratris sui prouideret voluerit. Corneus con. 304. nu. 16. versic. & licet. vol. 3.  
**I 62.** & Socyn. Iun. con. 168. num. 77. vol. 2. vbiait: † Sit testator in aliqua parte testamenti vocavit nepotes filios filiorum, & postea in alia parte profert verbum filiorum simpliciter, nō censetur de nepotibus cogitasse. Idem in specie affirmat Ruinus con. 131. num. 4. vol. 2. & communem esse dicit Zuccardus in l. fin. num. 69. versic. ex quibus. C. de Edi. D. Adr. toll. Nam si nepotum rationem habere voluisset, illos alio & conuenienti ipsiis vocabulo appositissimè exprimere nouerat: sed hoc noluit, toties verbo vnius gradus liberos denotante vsum. c. ad audientiam. ex. de decim. l. si seruum. §. nec dixit Prætor. ff. de adquirend. hæred. Cùm tamen aliás hoc peculiare quasi vitium sit scribentium in Germanica lingua, quòd eandem rem ad ostentationem copiæ, aliis atque aliis verbis efferant, quæ synonyma esse aliquando imperitè putant, sicuti conqueritur in simili Natra: confil. 182. num. 23. exemplum est in c. in synodo. ibi: confirmamus & comprobamus. 63. distinct. cum similib. Vnde nisi testator sciuisse, diuersissima esse, **Kinder** / &, absteigender linien **Eri** **ben** / nequaquam sibi in isto legato ab eiusmodi verbis temperasset, quibus in aliis dispositionibus iam vsum fuerat, sicuti supra num. 39. & seqq. & alibi sèpe diximus,

RETOR-

**R E T O R Q V E T V R** deniq; tertìò id, quod allegatur, vocationem liberorum post mortem alicuius intelligi de iis, qui tempore mortis extent. Nam verum est, dictos liberos Marci eo tempore, cùm testator obiret, & denique frater ipsius Sebastianus, auus liberorū Marci, itidem decederet, neq; natos, neq; conceptos fuisse: Ergo &c. Bart. in l. liberorum. ff. de verb. sign. quem refert & sequitur Iason in l. Galillus. §. instituens. ff. de lib. & posth. & ibi etiam Socyn. ad finem. Socyn. Iun. conf. 30. nu. 3. vol. 3.

Ex quibus clarum fit, liberorum Marci vocationem ad legatum, eiusmodi argumentis, quæ directè contra partē aduersam militant (quod & supra nu. 31. & seq. fusiùs tractatum & probatum est) nullo modo probari, velexinde ad paritatem dilectionis argui, multò minùs ad dispositionem ordinis successui, de qua supra nu. 58. penetrari posse.

**Q V A R E** illatio illa, quam facit D. Consulens, nu. 24. vers. cumq; hæc ita sint, & constanter se habeant &c. denuo retorquetur hoc modo: Cùm testator certi tantùm gradus personis præstitum voluerit. l. liberorum. ff. de verb. signif. & Marci liberi nec ex propria persona sub verbo, **Kinder** / ad legatum venire, nec in locum parentis (ut potè in relicto à patruo magno) intrare potuerint: Igitur nullo modo existimandum esse, testatorem in substitutione eorum rationem habere voluisse, quos in legato neglexerat. ita retorquet clarissimus Menochius d. conf. 200. nu. 75. Ex quo ite-

**I 63.** rum sequitur, † testatori fratris sui liberos primi gradus multò acceptiores fuisse, ut potè eos, quos in legato, & deinde reciprocè substituendo honorauit, quām pronepotes, de quibus sicut Megarenium (ut est in proverbio) nullus sermo fuit. Crauettad. conf. 326. nu. 6.

**A L T E R V M** argumentum, quare Marci liberi ad legatum sint vocati, licet sumatur ex interdictione alienationis, quam testator Sebastiano fratri suo fecit: tamen re vera

K 3

idem

- idem habet fundamentū cum superiori, scilicet, sub verbo, **finder**/cōtineri quoq; nepotes. Vnde sic argumentatur: testator alienationēm prohibuit, eo fine, vt succedere possint, aut liberi, quos Sebastianus frater relicturus esset, aut collaterales, si nullos liberos reliquistisset. Pr̄esupponit aut̄ pro certo, quod si Sebastiano nō filii, sed tantum nepotes superfūsent, haud potuisse dici, eū sine liberis decessisse. I. nō est sine liberis. ff. de verb. signif. Itaq; euenturū fuisse, vt Marci liberi, collaterales secūdo loco substitutos eo casu exclusissent. Stante igitur hoc pr̄esupposito, scilicet, quod verbū, **finder**/ in secunda substitutione (quæ priori reciprocæ aduersatiuè opponitur) ipsos quoq; Marci liberos contineat, & eorū fa-  
164. uore alienatio ibi prohibita fuerit: t̄ vna aut̄ pars aduersatiuè alterius qualitatem repeatat. I. r. vbi Bart. & Socyn, ff. de reb. dub. necessariò inde colligi, quod testator in prima parte aduersatiuè, ibi: *Dann so er finder verlassen würde* rc. de iisdem liberis, scilicet, cuiuscunq; gradus, senserit, & eorumdem causa utrobiq; alienationem prohibuerit.

INDE tandem ad hanc conclusionem progreditur, vt quos liberos in vtraq; substitutione in conditionem posuerit, quorumq; fauore alienationem prohibuerit, de iisdem quoq; in dispositione legati senserit, cùm non possit de aliis liberis conditio, de aliis dispositio intelligi.

Ex his aut̄ pr̄emissis, & ipso fine prohibitæ alienationis, q̄ vtrunq; caput aduersatiuè respiciat, latiūs inferri, Omnes liberos, cuiuscunq; gradus cēserentur, quos Sebastianus relicturus esset, per clausulam, *Dann so er finder* rc. collectiuè & ordine successiō ad legatum vocatos esse: cui vocationi statim, subiecta ibi reciproca, nihil derogare possit, sed ex vi illius capitī vocationi conditionem, si sine liberis &c. in subsequentē reciproca subintelligi debere.

165. Hæc verò tota argumētandi ratio, t̄ cùm sit obscura & yalde à remotis, per minimas cōjecturas (etiam si aliquo modo

modo concluderet) cuerti potest, Socy. Iun. in his terminis quando liberi pr̄etendunt ingredi locū parentum, con. 128.

166. vbi ad hoc allegat alios, nu. 69. vol. 1. & cūille, t̄ qui in testamento nō legitur, tamen se vocatū esse contendit, hoc probare teneatur. Oldrad. con. 21. Io. And. in additio: Specula de testam. sufficeret eius cōiecturas, contrariis cōiecturis dubias reddi. ad c. in p̄sentia extra. de proba: Bart. in l. veterib. ff. de pactis. Gabrielius conf. 132. q. 4. num. 37.

SED pr̄ter insignem asperitatem istius inductionis, etiā omnia ferè in eo pr̄esupposita reperiuntur falsa.

NEGATVR enim, quod in conditione secundæ substitutionis (*verlisch aber er Sebastian / mein Brüder / kain ehre leiblich findet ic.*) Marci liberi, id est, Sebastiani nepotes cōtineantur: quod quidē suprà tam ex recepta opinione, dd. quām ex vñloquendi vulgari iam dudum euincimus.

M A L E igitur sibi persuadet D. Consulens nu. 24. vers. Pone igitur viuo testatore &c. quod in casu, quo Sebastianus omnibus suis liberis primi gradus superuixisset, tūc eius nepotes superstites exclusuros fuisse secūdo loco substitutos, tam virtute dictæ cōditionis, si sine &c. quām ex causa prohibitæ alienationis. Id enim primò ratione conditionis, si sine liberis, quæ ipsos non contingit (de vi & potestate prohibitæ alienationis paulò p̄st videbimus) nequaquam ad-

- 167.mittitur: t̄ cùm non sit inconueniens, quod filij defuncti, quando non possunt manifestè probare, conditionem, si si- neliberis, priùs in aliquo casu positam, ad se quoque pertinere (sicut in nostro casu aduersarij non possunt docere verbum, **Finder** / ipsis commune esse) vt tunc fructu paterno priuentur, & sequens substitutus, licet à testatoris agnatione planè alienus, admittatur, sicut in eodem casu concorditer consuluerunt Ruinus consil. 106, vol. 2. Decius consil. 416. Curt. Iun. conf. 33. Socyn. Iun. consil. 100. vol. 1. & Card. Albanus conf. 26.

Hvc pertinet etiā id, quod suprà de fideicōmis. familię relictō (quale hoc esse volunt) pleniū attigimus: nempe in successione patrui magni pronepotes cum patruis vel amitis nullo modo concurrere. Ratio est, quia ab intestato tanquam remotiores exclusi fuissent. in Auth. vt fratum filij. per totum. ita conciliat diuersas opiniones in hac materia Decius conf. 217. quem cæteri sequuntur, quos suprà nu. 44. & 153. allegauimus. Nec est, quòd allegent, testatorem primum descendantibus vniuersitatem liberorum ex fratre, postmodum autem reliquæ cognationi prouidere voluisse: idenim ex proprio desiderio affertur, sicuti suprà num. 30. & seq. diximus, & inferiùs nu. 177. & 363. cum multis seqq. latius ostendemus.

E t sic malè firmatū remanet primum præsuppositum, quòd in conditione secundæ substitutionis inclusi reperiantur Marci liberi.

E x quibus etiam collabitur secūdum præsuppositum, quòd eorum fauore alienatio prohibita fuerit. Duo autem hīc configuntur, quorum neutrum verum est, scilicet id, quod modo confutauimus, conditioni, Si Sebastianus sine liberis &c. Marci liberos inesse. Alterum, casū quo inessent, quòd ipsorum respectu, vel in ipsorum Marci libero- rum vtilitatem, auo Sebastiano alienationem legatæ sum-

168. mæ testator ademerit. † Causa enim prohibitionis fuit vocatio nominatorum. Rom. conf. 503. Nam ratio iustificativa prohibitionis non consistit in illis verbis, *Dann so er kinder verließ ic.* sed potiū in verbis dispositiuis immedietè sequentibus, ibi: *So sollen ic.* Verba enim, cùm liberos habuerit, nihil disponunt: nec propterea unus ex liberis Seba- stiani, ad alterius decedentis portionem admittitur, sed o- mnino propter verba dispositiua, quæ statim subdit testa- tor, *So sollen ic.* Sed & ipse D. Consulens num. 32. constan-  
169. terasseuerat, hæc verba: *Si ynus ex illis ante alios decesse- rit,*

rit, neq; inclusionem neq; exclusionem cuiusq; continere. l. si quis sub cōditione. ff. si quis omissa causa, Cuius regulæ in hoc ipso proposito memoretiam est doctissimus Emanuel Costa, in c. si pater. verbo, Moreretur. nu. 2. de testam. in 6.

170. † Quia fideicommissum non iudicatur ex apposita illi con- ditione, sed ex verbis dispositiuis. Bart. in l. Centurio. num. 21. ff. devulg. & pup. De qua conditione, Nam si liberos re- lieturus esset &c. & quòd nō possit esse dispositiua vel voca- tiua cuiusquam, suprà nu. 139. fusiū locuti sumus, & infrà quoque nu. 347. aliquid addemus. Quarè defendi iure non possunt, quæ D. Consulens postea num. 161. in contrarium scribit, scilicet verba illa: *Dann so er kinder verlassen wirdt/*

171. id est, nam si liberos relieturus esset, † Non solūm simplex & absolutum fideicommissum inducere, sed etiam colle- ctivè inter liberos disponere, allegans ad hoc Curt. Iuni. consil. 22. num. 18. & consil. 43. qui loquitur: Quando no- minatim familiæ aliquid relinquitur, adiiciendo, vt in fa- milia conferuetur; cui dispositioni quòd æquipolleat conditio illa affirmatiua, Nam si liberos reliquerit &c. certè nemo rectè dixerit.

R E C T I V S igitur finem prohibitæ alienationis esse di- cimus, in primo capite, reciprocam substitutionē fratum & sororum, quibus ab initio, expresso nomine & gradu, le- gatum fuit: in posteriori aut̄ substitutionem collateralium.

172. † Prohibitio enim censetur facta respectu substitutionum, prohibitioni immediatè adhærentium, sicuti ex Decio cō. 636. nu. 8. & 9. s̄pē concludit Cephal. nimirum cons. 17. nu. 24, conf. 153. nu. 29. & conf. 269. nu. 48. Itaq; cùm liberi Marci non inueniantur in verbis dispositiuis reciproca, frustra se se iactitant, quasi eorum fauore prohibitio facta sit. Quinimò si probassent, quòd in positione cōditionis in-

173. cluderentur: tamen Socyn. Jun. conf. 118. nu. 27. vol. 1. dicit, *ridiculam esse hanc argumentationem;* † Alienatio prohi-  
bita

bita est in fauorem substitutorum; Ergo etiam positorum in conditione &c. allegat Bartol. Socyn. consil. 116. num. 5. vers. tertium fundamentum. lib. 3. Ratio, quam adducunt, esse evidenter, quia glos. in l. Lucius. ff. de hæred. instit. nunquam haberet locum, cùm tamen in omnibus Palatiis & Curiis sit canonizata, prout refert idem Socyn. Iun. ibidem consil. 118. & multialij, quos suprà num. 94. magno numero citauimus: Imò illi ipsi positi in conditione, dicerentur esse substituti, quemadmodum etiam D. Consulens ex tali prohibitione infert, quòd certè, inquitibi Socyn. aper-  
tissimè esse falsum.

**I**NDE liquet, quòd tota illa argumentatio, quam acutissimus D. Consulens nu. 30. à ratione prohibitæ alienatio-  
nis, ad vocationem usque producit, vtroque pede claudis-  
cet: quia Marci liberi nec in conditionem positi sunt, nec in  
fauorem positorum in conditione, prohibitionem illam  
factam esse, demonstratur.

**C**A R E N T enim Marci liberi non solum dispositiua,  
sed etiam quali quali testatoris voluntate, de qua Socyn. cō-  
sil. 6. num. 19. vol. 3. scribit: licet eam proprio desiderio sibi  
arrogent, cùm tamen nullibi siue expressè, siue ex aliqua  
legali interpretatione testamento inserti reperiantur.

**E**t certè si verum esset, Marci liberos in conditione  
negatiua posterioris substitutionis includi, ibi: Si ipse Se-  
bastianus frater meus nullos liberos relinqueret, & per  
consequens, in altera parte aduersatiua, scilicet, in condi-  
tione affirmatiua prioris substitutionis, itidem compre-  
henderentur; nimirum t̄ cùm aduersatiua (sicuti recte ar-  
gumentatur D. Consulens) arguat qualitatum & termino-  
rum similitudinem, Cephal. consil. 126. num. 5. Socyn. Iun.  
consil. 83. num. 12. 15. & 19. vol. 1. tamen, vt suprà quoq; ante  
num. 143. vers. tercia & quarta conclusio &c. allegauimus,

inde

inde necessariò consequeretur, quòd dicti Marci liberi ma-  
nifesto consilio testatoris ab hoc legato exclusi essent. Nam  
si in conditione affirmatiua ponantur liberi cuiuscunque  
gradus (quæ etiam hunc casum comprehendit, si Marci li-  
beri vnà cum amita sua superessent) & tamén in dispositio-  
ne subiecta huic conditioni, post mortem Marci, non eius  
liberi, sed alius gradus, id est, defuncti frater vel soror sub-  
stituatur, necessariò ipsi excluduntur. I. si inter me & te. ff.  
de except. rei iud.

**F**A C I L I S igitur est responsio ad illam quæstionem,  
quam aduersarij in triplicis suis pro vero statu causæ ob-  
trudunt, An clara illa & expedita reciproca, confictæ, &  
longo argumentorum syrmate, ex verbis conditionalibus;  
Nam si liberos relicturus esset &c. frustra quæsitæ vocatio-  
ni, præualeat? Nam quòd longè anteferenda sit, nemini  
dubium esse potest, vel teste Socyno in consil. 249. num. 24.

**I**75. vol. 2. † Veritas enim fictionem offuscat. I. filio, quem pa-  
ter. ff. de lib. & posthum. & tenebræ cedunt luci. Quia o-  
mne tacitum venit suppletiuè, sed expressum suppletio-  
nem non recipit, cùm sit determinato modo expressum.  
ita notabiliter dicit Baldus in l. fin. C. de don. propt. nupt.  
latè Aretin. in l. 3. de leg. 1. vbi docet, quòd expressa dis-  
positio impedit semper, ne possit induci tacita, etiam in casu,  
quo alias tacita ex verbis colligi possit, & esset inducta, nisi  
adfuisset expressa. Fulgos. consil. 49. col. fin. Iason. consil.  
220. col. pen. vol. 2. eleganter Gabrielius consil. 95. num. 8.  
& 9. per textum clarum in s̄pē alleg. I. sed si plures. in prin-  
cip. ff. de vulg.

**Q**V A R È nimirum sibi blandiuntur aduersarij, cùm vo-  
luntatem & affectionem testatoris erga se (cuius tamén ne  
minimum quidem vestigium in testamēto extat) adeò eue-  
nit, vt audeant etiam, si casus obtigisset, † transmissionem  
L. 2 fidei.

fideicommissi conditionalis contra regulas iuris sperare, & in denu. 26. 27. & 28. argumentari, cum difficultius admittatur transmissio, quam quod filii censeantur in conditionem positi: ipsos verò casu occurrente ex transmissione omnino (si Diis placet) successuros fuisse, igitur non verisimile esse, testatorem illos excludendi consilium habuisse. Sed retorquetur contra eos illud idem consil. 6. Socyn. vol. 3. qui transmissionem non admittit, nisi quando potest ostendi ex coniecturata mente testatoris, quod voluerit relictum ad heredes honorati peruenire. In nostro autem casu nihil de hereditibus legitur, quorum mentionem pro potissima aliâs & validissima coniectura reputat Cephalus consil. 16. num. 42. Sed nec nominatio heredum sufficeret, nisi continerentur in verbis dispositiuis. Gratius consil. 111. numer. 11. vol. 1. Statur itaque regulæ: Fideicommissum conditionale non transmitti, quæ traditur à glossa in l. heredes mei. §. cum ita, in verbo, Suscepit. ff. ad S. C. Trebell. & ibi Alex. Socyn. & alij, quos refert Hieronymus Zanchus in d. §. cum ita. parte quarta. Hanc etiam in Iure nostro indubitam esse dicit Socyn. Iun. conf. 117. nu. 12. vol. 1. Et licet aliquando propter cōiecturas evidentes transmissio admittatur, quarum 35. colligit Zanchus in d. sua rep. nulla tamen ad præsentem casum adaptari potest, nisi unicum illud præsuppositum, de considerata ratione cognationis, quod non ab expressis in testamento desumunt, prout necessariò requiritur. Paris. in subscriptione dicti consilij 117. apud Socyn. Iun. vol. 1. Socyn. Sen. con. fil. 6. num. 12. vol. 3. t. cum casus omissus non veniat, nisi ex consequentia necessaria eorum, quæ in testamento expressa sunt, ut est additio ad glof. in l. commodissimè. ff. delib. & posthum. sed potius ex proprio capite illum fauorem communiscuntur aduersarij. Desiderant enim, Marci liberos comprehendendi sub verbo, Kinder / & quod ratione prohi-

prohibitæ alienationis, omnibus descendantibus Sebastiani fratris primo loco, deinde reliquæ cognationi prouisum, eorumdenique fauore & contemplatione alienatio prohibita fuerit.

**I**LLVD autem nec ex prohibitionis, nec substitutionis formula, velleissimo aliquo indicio deprehendi potest. Ipsa enim prohibitio non est concepta in rem, puta, quod testator dixisset, nolle se hanc summam pecuniaæ alienari, iuxta casum in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. vbi Alciatus; nec est impersonalis, vt loquuntur dd. sed in personam concepta. I. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. Socyn. con. 62. num. 10. lib. 3. imò, si liceret dicere, personalissima, ibi: *Doch soll er mein brüder ic. t de qua differentia tradit Capyc. decis. 108. nu. 2.* Sed nec sequentes substitutiones sonant in perpetuum, de quo Gratus con. 32. nu. 27. lib. 2. vel aliâs generale quidpiam continent, puta, quod in cognatione remaneat, vel simile aliiquid, vti est in casu Hypp. Rimin. con. 20. num. 22. Denique personis substitutorum nulla prohibitio facta est, sicut habetur in casu Parisij con. 78. nu. 12. vol. 2. à quo argumenta ista mutuâsse videtur D. Consulens, sed soli ipsi fratri testatoris interdicta fuit alienatio.

**S**IMILITER quoq; verba dispositiua vtriusq; substitutionis, sunt specifica & comprehensiua certi alicuius gradus. Testator enim ibi personas, ad quas per substitutionem legatum hoc peruenire vult, naturaliter designat, sicut loquitur Iurecons. in l. tutelas. ff. de cap. diminut. t. nec cognationis; agnationis, vel consanguinitatis ylla mentio extat: Nullo igitur colore dici potest, testatorem considerasse cognationem. Alex. con. 80. vol. 1. Non enim valet consequentia: testator voluit bona conseruari inter proximiores, quos in aliquo certo gradu in uicem substituit; Ergo idem voluit in remotioribus, & respectu totius cognationis. Crauetta con. 306. ad finem.

IMO è contra communiter receptum est, quod non licet arguere ab affectione, quam disponens erga cognationem vel agnationem habuerit, nisi hoc inueniatur ab eo expressum. Bart. in l. liberorum. vers. his præmissis. ff. de verb. fig. Bald. in l. si defunctus. C. de suis & legit. Decius con. 316. quem refert Martianus con. 18. nu. 51. Socy. Iun. con. 177. nu. 13. vol. 2. & con. 4. num. 20. in fine. vol. 3. Menoch. con. 86. nu. 37. Cephal. con. 252. nu. 12. & con. 270. num. 60. vbi multa allegat & egregie Simon Prætus con. 42. num. 27. Anchar. Rhegiensis q. 66. nu. 11. part. 2.

Et casu, quo mentionem huiusmodi fauoris fecisset testator, potior tamen adhuc esset causa D. Magdalena, cum minor sit ratio fauoris cognitionis in remotiori gradu, in quo consistunt Marci liberi, ad includendum illum remotiorem gradum, quam in propinquiori, ut firmat Alex. con. 97. num. 12. vers. nec obstat ultimum. vol. 2. Anchar. d. q. 66. nu. 15. Quis enim lecto testamento non animaduertit, testatorem magis considerasse gradus coniunctionem, quam fa-

180. uorem cognitionis? Gratus con. 20. nu. 14. lib. 1. Denique fauor agnationis vel cognitionis, etiam expressus, restringitur ad personas & gradus à testatore expressos. Quare differentia est facienda, quod testator simpliciter vocat aliquos de familia, vel quando exprimit certam qualitatem, vel nomen proprium. Mandellus con. 57. nu. 12. vel certos gradus personarum, Molin. ad Alex. con. 26. lib. 3. & con. 204. lib. 2. Talis enim ratio agnationis non trahitur ad fauore aliarum personarum, etiam si in iis sit maior ratio, neque etiam trahitur in odium aliarum personarum, etiam si sint remotiores, vel in eius sit maior ratio odij, vel minor ratio fauoris. idem Mandellus con. 13. num. 5. allegans Dec. con. 287. Idem Dec. con. 51. col. fin. vbi Molinæus. Simon Prætus con. 31. num. 20. & con. 99. nu. 29. Quia ratio illa prouidèdi proximis seu agnationi, intelligitur, quando eveniret casus, substitutionis expressus

pressus in testamento, Aret. conf. 141. Alex. conf. 59. col. fin. vers. non obstat etiam. lib. 3. Socyn. con. 116. col. 4. vers. quæ omnino. lib. 3. Cephalus con. 17. nu. 28. & con. 269. num. 48. Prætus d. con. 42. num. 27. Et quod in reliquo familiæ fauor agnationis restringatur ad gradus, quos testator præfiniuit, nec interim ceteri de familia admittantur, est textus expressus, quem aliâs quoque allegauimus, in l. hæredes mei. §. peto. ibi: propter gradus fideicommissi præscriptos. ff. ad Trebell.

SED quid opus est, aliam rationem & causam prohibite illius alienationis comminisci, quam illam ab ipso testatore disertis verbis adscriptam? cum ait, non licere Sebastiano fratri legatam illam pecuniam alienare, siue liberos relinquit, siue non. Et statim subiungit: Nam si liberos relinquit &c. tunc se fratres & sorores inuicem: sin vero nullos relinquat, substituere collaterales. Quarè illa ipsa ratio expressa (scilicet quod alienationem propter sequentes illas duas dispositiones prohibuerit) non alia queri vel attendi debet. l. milites agru. ff. de remilit. Bald. in l. fin. ff. de hæred. instit. Alex. con. 32. nu. 5. vol. 7.

M A N I F E S T E igitur patet, quod Marci liberi, nec ex capite vocationis in legato, vbi non leguntur, nec ex capite prohibitæ alienationis, quæ non ipsorum causa, sed propter positos in dispositione, à testatore introducta est: denique nec ratione vel consideratione cognitionis, cuius testator nunquam explicitè, vel etiam implicitè (nisi forsitan ratione personarum & graduum, quos vocavit) vñquam meminit: & sic nullo modo qualem qualem illam voluntatem, quam tantopere affectant, & vnde, tanquam ex equo Troiano, tot mirabiles, receptisque dd. sententiis contrarias conclusiones conficiunt, vel leuiter probare & demonstrare possint.

I T A Q U E malè defenditur prima illa coniectura æqualis affectionis, quam licet incertam, & consideratis circumstantiis

stantiis casus nostri, regulis Iuriis alioquin contrariam, longè incertioribus argumentis stabilire voluerunt aduersarij.

182. **f** Sed de casu dubio ad apertum non valet argumentatio: de re non dubia autem ad dubiam fit fides. Marius Salomonius in l. Gallus. §. quidam recte. ad fin. ff. de lib. & posth. Et cum incerta de certis probari debeant, aduersarij probationem sumunt ex incerto, ad inuertendum quod est certum.

**f** Er quicquid sit, melioris tamen est conditionis, qui habet voluntatem & affectionem testatoris expressam, & tot signis demonstratam, quam qui tacitam, & ex ascititiis quibusdam argumentis male imaginatam. Ruinus con. 79. nu. 5. vol. 3. Curt. Iun. con. 58. nu. 3. & con. 161. num. 5. ipse met

183. D. Consulens num. 121. **f** Cum fallax sit ratio dispositionis præsumptæ & tacitæ, nempe de qua non verè, non aperte liqueat, ideoque facile tollitur. Ad quam sententiam more suo multa cumulat Tiraq. in l. si vnquam. verbo, Donatione largitus. nu. 156. C. de reuoc. donat.

Er vt ad hoc quoque respondeamus, quod obiicitur, frustaneam aliás & superfluam fuisse illam prohibitionem alienationis, vtpote quæ alioquin per l. fin. cum Authen. res quæ. C. de iur. delib. inducebatur.

- H**ANC questionem ponit etiam Marzarius in epitome sua fideicommissaria, in verbo, Prohibuit. q. 37. & ex com-  
184. muni scribentium autoritate resoluit, **f** quod operetur au-  
gmentum fideicommissi, & ostendat enixam voluntatem  
testatoris circa tale ipsius fideicommissum. Crotus con. 48.  
nu. 22. & 26. & con. 144. nu. 21. scilicet in fauorem substitu-  
torum & comprehensorum in verbis dispositiuis, sicuti pro-  
ximè nu. 168. & 172. probauimus; non quod ex eo ratio con-  
seruandæ cognitionis arguatür, ultra ea, quæ suprà nu. 177. &  
seq. adduximus: tradit quoque Dec. in l. si quis nec causam.  
nu. 4. & ibi addit Molin. ff. si cert. pet. multò minùs quod à  
cali imaginata ratione agnationis argumentemur ad restri-  
ctionem

ctionem legati seu fideicommissi. l. quod fauore. C. delegib.  
& constit. Imò regulatur inhibitio expressa secundùm na-  
turam tacitæ, cuius potissimum respectu à testatore adiecta  
est, secundùm Dec. consi. 636. quem ad hoc allegat Cephal.  
con. 153. nu. 31.

**O** P E R A T V R quoq; eiusmodi expressa testatoris pro-  
hibitio, quod alienata statim possint reuocari, cum alioquin  
mors grauati, vel euentus conditionis expectandus fuisset.  
Ad quam sententiam multa cumulat Marzarius loco citato,  
quibus adde Alex. con. 23. num. 12. lib. 1. & Iacob. Menoch.  
con. 105. nu. 24.

**D** E N I Q V E expressa prohibitio alienationis tollit o-  
mnes casus speciales, in quibus alioquin pater, nō obstante  
prohibitione legis, alienare poterat, scilicet ex causa neces-  
saria æris alieni, iuxta tex. in l. fin. §. sin autem æs alienum. C.  
de bon. quæ libe. vel in casu, quando filio aliquid utilius ac-  
crescere videtur, iuxta gl. in l. quæcumque. verbo Interdicta.  
vbi Bald. nu. 1. id dicit menti teendum. C. eodem. Item in  
alienatione facta ab ignorantे ignorantи, quo casu alioquin  
valeret. l. fin. §. fin. ff. deleg. 2. Itē ex causa dotis: Quos omnes  
casus colligunt dd. in l. filius famil. §. Diui. ff. deleg. 1. & in l. 3.  
ff. eod. Rom. con. 206. nu. 5. Ruin. con. 123. num. 12. vbi plenè  
lib. 2. & con. 168. num. 22. lib. 3. & videtur text. quem omnes  
adducunt in §. sanctissimas. Auth. de alien. & emphyt. Plu-  
res alias operationes collegit Hypp. Rimini. con. 243. nu. 67.  
& aliquot seq. & Cephal. con. 134. num. 39. Item Zanchius in  
rep. d. §. cum ita. parte 5. num. 109. reprobando ibi Torniel-  
lum, qui ab expressione talis alienationis, tanquam super-  
flua, nescio quas alias operationes configebat: quod iti-  
dem grauissimis verbis (quæ modestiæ causa adscribere no-  
luimus) reprehendit Pinel. C. de bonis maternis. l. 1. parte 3.  
num. 42.

QVEMADMODVM IGITVR PRIORILLA  
coniectura, quæ ex prohibita alienatione, eaqué speciali, &  
ad certum gradum restricta, ad totius cognationis fauorem  
deducitur, & exinde æqualis dilectio & affectio testatoris  
erga Marci liberos, cum expressè vocatis & substitutis ar-  
guitur, omnino contraria est cōmuni assertioni Doctorum,  
& interpretationi Iuris: Eodem modo nec legalis, nec ra-  
tioni consentanea dici potest illa altera coniectura, quam  
ex apposita reciprocæ substitutioni exclusione parentum,  
aduersarij desumunt, & hoc commentatio & fragili funda-  
mento nixi, vim & effectum reciprocæ infringere student.

I 85. C O N T E N D V N T enim † contemplatione, & ad vnicum  
illum expressum finem exclusionis parentum, testatorem  
liberos Sebastiani reciprocè substituere, atq; illā ipsam ex-  
clusionem parētum, cum dispositione reciprocæ, tanquam  
pro effectu eius, cōiungere voluisse, ita, vt perinde sit, atq; si  
hoc fine liberi inter se substituti essent, vt parentes exclude-  
rentur: quare ex voluntate testatoris subiectam hanc paren-  
tum exclusionem reciprocæ substitutioni copulatiue inef-  
fe, eiq; in declarando & restringendo ipsius effectu, formam  
atq; legē dare, planè cōtra tex. in I. talis scriptura. ff. de leg. I.

E T ex hoc præsupposito tria infert causæ suæ perquam  
studiosus D. Consulens.

P R I M O, omnes illas personas, quæ per expressum illum  
& limitatum effectum reciprocæ, exclusæ dici non possint,  
pro omissis, & sic non exclusis habendas. I. commodissimè.  
ff. de lib. & posth. I. Titia cum testamento. §. Gaius Seius. ff.  
de leg. 2. & quæ ibi notant dd. Sub exclusione autem paren-  
tum non comprehendit liberos Marci; Ergo &c. Quemad-  
modum in simili exclusa per statutum matre fauore agna-  
torum, aliæ personæ, quæ agnatis præferri possunt, non ex-  
cludantur. Bald. in I. illam. C. de collation. Socyn. consil. 28.  
num. 15. vol. 4. Carol. Ruinus con. 19. vol. 3. Quamlibet enim  
dispo-

dispositionem exclusiam certarum personarum, siue sta-  
tuto fiat, siue testamento, restringi ad personas expressas  
tantum, & ad alias, quarum dissimilis est ratio, non extendi:  
cūm specificata exclusio vnius limitet intentionem quoad  
alios non exclusos. dicit ad hoc facere, quæ scribit Socyn. in  
I. vtrum. §. quæ situm. ff. de reb. dub. Curt. Sen. con. 63. num.  
14. Dec. consil. 383. Paris. conf. 41. num. 57. & conf. 47. num.  
77. vol. 3.

S E C U N D O ita argumentatur, licet substitutione genera-  
liter omnes, præter substitutos, excludat. l. quod in rerum. §.  
si post. ff. de leg. I. tamen huiusmodi generalitati per subiectā  
specificam exclusionem parentum derogari, per allegata  
ab eo, de quibus infrā nu. 235.

T E R T I A illatio est, quod testator de alio casu substi-  
tutionis sentire noluerit, quam de eo, in quo iure effectum  
habere potuisset parentum exclusio. Sed parentes non po-  
tuerunt excludi à legitima substitutorum liberorum primi  
gradus, nisi ipsi quoq; liberi primi sine liberis vltioris gra-  
dus decessissent: quoniam non possit videri exclusus, qui  
nec admitti potuit. l. non videtur. ff. de reg. iur.

I T A Q V E quemadmodum in exclusione parentum, ita  
etiam non habere locum dispositionem reciprocæ, si ex re-  
ciprocè substitutis liberi extarent.

V I D E R I igitur, maximè ex virtute copulæ, E T, conditio-  
nem, si sine liberis &c. quæ in exclusione parentū sui natura,  
tanquam necessaria ad exclusionem, tacite comprehensa  
est, repeti debere in reciproca substitutione, vt sic substituti  
admitti non possint, nisi sub conditione, Si grauatus sine li-  
beris decessisset. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instruct. Bart. in I.  
filegatarius. §. vlt. de leg. 3. Signoroll. con. 69. num. 17. Socyn.  
Iun. con. 71. nu. 4. vol. 3.

I 86. † H E C autem omnia ingeniosè magis excogitata sunt, &  
aures demulcentia, quam vera. Dependent enim ab imagi-  
natione

- natione & præsupposito falsæ causæ finalis, puta, quasi testator, dum liberos fratris sui inuicem substituit, principaliter eò respexerit, vt excluderet parentes; quod à ratione iuris  
 187. ciuilis omnino alienū est. † In legatis enim principalis causa est exercitiū liberalitatis & munificētię. l. r. ff. de donat. Bart. in l. demonstratio. §. quod autem. num. 13. ff. de condit. & demon. vbi ait, causam proximā & finalem legati esse lucrum. Quarè dubitationem non recipit, quin principalis intentio disponentis fuerit, vt legatum illud à se relictum vocatis &  
 188. reciprocē substitutis adquireretur: tquia substitutiones sūt ex affectione erga substitutos. Corn. con. 69. vol. 4. † Et illud dicitur principaliter seu priùs fieri, quod fit finaliter. pulchre Bar. in l. i. C. eod. nu. 5. & ibi quoq; Bald. §. quibus. vers. secundō sumitur. Decius in l. rogasti. in princ. nu. 5. ff. si cert. pet. & idem Bart. in l. cum ambitiosa. num. 19. inquiens, esse sciendum, quòd secundūm ordinē intellectus, finis dicatur esse principium, & illud dicatur principaliter esse finis, ad quod intellectus finaliter tēdat. ff. de decret. ab ord. faciend.  
 190. † Quòd autem ipsa successio sit scopus & finalis intentio vocantis, probatur arg. tex. in l. si alienū. §. r. ff. de hær. instit. &  
 15. §. in extraneis. Instit. de hēr. qual. & diff. Io. Bologn. in con. i. nu. 6. vbi hoc dictum pro regula ponit, & addit eam procedere, siue vocatio fiat à lege, vel statuto, siue ex dispositione  
 191. hominis, testamentaria, vel alia. † Deniq; priorē esse causam vocationis, & posteriorem exclusionis, habes apud Ruin. con. 203. num. 16. lib. 2. Nec enim necessariò sequitur, Quia exclusi sunt parentes; Ergo includuntur eorum liberi, cum ali etiam vocari potuissent: Igitur exclusio non est causa finalis, neq; cohārēs legato: † illa enim causa dicitur cohārēs legato, qua posita, illud quod in legato disponitur, venit ex necessaria consequentia. vti explicat Angel. Aret. in §. longe. in princ. Instit. de leg. & sentit Bar. in d. §. quod autem. 3. col. in fine. Mar. Anguissola con. 120. nu. 3.

CVM

- CVM igitur negari nullo modo possit, quin sola volūtas conferendē liberalitatis in legatarios, & fideicommissarios fuerit causa, pxima & finalis istius dispositionis, & per consequens cohārēs legato, secundūm Bart. in d. §. quod autem &c. examinandū erit secundūm eandem distinctio-  
 193. nem Bartoli, † an exclusio parentum, quę vocationem consequitur, saltem fuerit causa impulsua, & talis, sine quate-  
 stator libēris Sebastiani aliás nihil relicturus foret, vt sic ve-  
 ré dici possit, illos contemplatione parentum, & ad eorun-  
 dem exclusionem vocatos esse, quòd D. Consulens nu. 55.  
 & vbiq; ferè inculcat. Animaduertendum tamen est, huius assertionis probationem aduersariis omnino incumbere.  
 194. l. cum tale. §. falsam. ff. de cond. & demon. † Dupliciter au-  
 tem probari potest, testatorē absq; illa causa, quam expres-  
 sit, aliás legaturum non fuisse, scilicet verè (si hoc dixisset,  
 vel protestatus esset coram testibus) vel pr̄sumptiuè, quan-  
 do causa respiceret consanguinitatem, vel affinitatem, vt si  
 dicat: Lego Titio centum, quia est frater vel consanguineus meus, per textum in l. si pater. l. nec apud. & ibi dd.  
 C. de hāred. instit. Bart. in d. l. demonstratio. §. quod autem.  
 q. 4. ff. de cond. & dem. Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 12. nu.  
 76. Sed cùm huiusmodi probatione aduersarij destituantur, vice versa autem D. Magdalena pro se habeat causam proximam & finalem huius relicti, nempe liberalitatēm te-  
 statoris, & non possit demonstrari, hanc in vlo casu, quoad ipsam substitutam, cessare: frustrā ex aduerso laboratur, vt ei effectus huius liberalis & propensæ voluntatis adimatur:  
 195. † cùm talis causa finalis inferat per se ad quemlibet effectū inclusum sub dispositione, secundūm Bald. in l. r. col. pen-  
 15. verf. adde quod illa causa. ff. solut. matr.

SED nec dictiones illæ taxatiuæ, scilicet, & vt infrā scri-  
 ptum est, quę positæ sunt in præfatione reciproce, & in qui-  
 bus aliquod fundamentum facit D. Consulens, yllum vel  
 - obijc

minimum indicium præbent, quasi testator per eas ita restringere voluerit substitutionē, ut aliter facta non dicatur; nisi ad finem statim subsequentis exclusionis parentum.

**196.** *Q VI A* respondetur, † quod prædicta particula, videlicet, & cæteræ quoq; limitatiuæ dictiones (puta: vt suprà dictum. & vt inferius dicetur) continentur in verbis dispositiuis reciprocæ: Vnde semper referuntur ad illam principalem dispositionem substitutionis nimirum reciprocæ, non autem accessoriæ exclusionis parentum. Bart. per illum tex. in l. fin. §. Titia. ff. de lib. leg. & in l. talis scriptura, §. fin. ff. de leg. i. vbi Iason nu. 35. versic. septimo intellige. Aretin. in §. apium. 4. notab. Institut. de rer. diuif. Ruin. conf. 181. nu. 3. lib. 2. Straccha in tractatu de assecurat. glos. 40. nume. 2. Cephal, conf. 43. num. 17.

**197.** IDEM respondetur ad verba prægnantia, per quæ testator legatam illam summam totam, nec imminutam, ad superstites fratres solùm peruenire iussit: Huiusmodi enim verba, *Gans vnd gar / vngeschmålert / allain / id est, vt ante* interpretabamur, tota, non imminuta, solos &c. adeò manifestè in ipsorum tantum vocatorum fauorem à testatore apposita sunt, vt turpe sit negare. † Quomodo igitur, & per quam interpretationis regulam, huiusmodi verba ad eorundem exclusionem conuertere licebit, quibus per eiusmodi dictiones tam studiosè prouidere voluit testator? contra l. quod fauore. C. de legibus. l. 3. §. Diuus. ibi: non debet aduersus pupillos obseruari, quod pro illis ex cogitatum est. ff. de Carbon. edicto. Crauetta in hac nostramateria, quando exclusio vel inclusio non restringendi legati, sed ampliandi gratia apponitur, conf. 297. versic. octauo respondeo.

POSTREM O, nihil vrget clausula exclusioni parentum subiecta in his verbis: *Quia ipsa vel ipsi nihil ex illo legato conse-*

**198.** consequi debent. † Licet enim dictio, *Q VI A*, sit redditio causæ, secundùm Bald. in c. quia propter col. 4. versic. in text. ibi: quia. extrà de elect. & notatur in l. si is qui animo. ff. de acquirenda poss. tamen non est adiecta substitutioni reciprocæ, sed exclusioni parentum: vnde habetur pro nota causa impulsuæ illius exclusionis, vt in l. 2. §. vltimo. ff. de donatio: nequaquam autem legati vel substitutionis, cui non est apposita: Et sic non stat per se & principaliter, sed secundariò in consequentiam, & illatiuè ad præcedentia. l. 2. ff. de vñsur. & nota in l. testium, ff. de testibus. Maxime cùm impletio talis causæ respiciat commodum solius fideicommissarij & recipientis. l. Titio centum, ff. de condit. & demonstra. Bald. in l. damus. ff. de condit. indeb. & infrà numer. 262. versic. denique etiam &c. plura ad hoc allegantur. Itaque omnino dicendum est, liberalitatem magis testantis, & affectionem ergavocatos, fuisse causam finalē substitutionis, & exclusionis parentum, quam quod existimari debeat, exclusionem parentum causam vel conditionem legandæ pecuniae esse. facit textus in §. longè. Institut. de leg. Gratus in consil. 13. numer. 33. lib. 2.

**199.** † Quarè etiam non existente casu exclusionis, nihilominus legata pecunia ad substitutum pertinebit, ita in specie argumentatur Iulianus in d. l. 2. §. vltimo. vbi et glos. singularis. in verb. causa magis donationis. ff. de donatio. cui adde in numeros aliquos concordantes textus, quos allegat Tiraq. in regula, Cessante causa &c. d. limit. 1. nu. 1. Per quem textum d. §. vlt. tota illa imaginatio vñci & declarati effe.

**200.** Etus euertitur: quia secundùm iam d. gl. † in dubio nūquam præsumitur, id, quod dispositioni adiicitur, fuisse causam finalē, quæ sola apta est ad producendos effectus; per ea, quæ latè congerit Tiraq. in d. limit. 1. per totū. Et superscriptam glos. approbat Aretin. in §. illis autem. Institu. de testam. milit. Infertq; ex ea, quod in dubio cessante causā non ces-

- 201.** set effectus, & quod ille, † qui vult dicere eam cessare cessa-  
tione causæ, debet probare fuisse finalem. de quo latè Cyn.  
Bal. Angel. & Salyc. in l. generaliter. C. de Episcop. & Cler.  
Dyn. in c. decet. in fine. vbi Boërius multa addit extra de-  
regu. iur. in 6. Qui omnes regulam faciunt, quod durante  
causa finali dispositionis, durare etiam debeat eius effectus.  
In contrarium autem, quemadmodum expressa exclusio  
parentum, cum non possit dici causa finalis, nullum parit  
effectum: ita etiam licet esset impulsua, non gignit ex-  
ceptionem vel conditionem, nisi simul etiam probaretur,  
quod testator contemplatione exclusionis parentum, libe-  
ros Sebastiani inuicem substituerit, aliâs non facturus. d.l.  
cum tale. §. falsam. & d.l. 2. §. vlt. ff. de donat. Sed verba, &  
clausulæ adductæ ex testamento, hoc non important, ut po-  
te, quæ nihil aliud, quam merum fauorem substitutorum  
contineant. Igitur magis est quod dicatur, parentes pro-  
pter substitutos liberos esse exclusos (quos quidem liberos  
aliâs quoque & in omnem euentum admissurus fuisset te-  
stator) quam è contra.

**S**VEBLATO itaque illo præsupposito, quasi exclusio parentum finalis effectus reciprocæ, vel talis causa fuerit, sine qua aliás non &c. corruit simul quoque prima illatio, quod omnes illæ personæ, quæ ibi in exclusione parentum non comprehenduntur, pronon exclusi habendæ sint.

- Q**VA MVI s alioquin libenter concedamus, Marci li-  
beros, velalios quoscunque, propter clausulam exclusionis  
**202.** parentum, à reliquo testatoris non esse remotos, sed bene  
per verba taxatiua reciprocæ substitutionis, quæ sic sonant:  
scilicet, illi ipsi, ut suprà dictum est, & specialiter sequitur.  
item per verba naturalia, ibi: frater & soror superstes, totū,  
non imminutum, & solilegatum habeant. Hæc enim taxa-  
tiuæ dictiones excludunt omnes alios à participio eius actus,  
de quo sit sermo, sicuti eleganter dixit Oldradus conf. 254.

- 14 -

- Licet igitur in capite exclusionis, Marci liberi sint omissi: tamen excluduntur virtute reciprocæ in gradum certum expressim conceptæ, & ex eiusdem natura. per l.hæredes

203. mei. §. peto, ff. ad Trebell. † Nam quæ ad naturam dispositionis pertinent, pro expressis habentur. l, cùm quid. vbi moderni, & maximè Alciatus ff. si cert. pet. & idem Alciat. inl. Gallus. §. & quid si tantum. in 2. lectura, num. 17. ff. de lib. & posthum. Quarè liberis Marci nihil suffragatur, quòd non comprehendantur in capite exclusiō parentum: cùm interim verum sit, eos non reperiri in capite inclusiō reciprocæ, sicut in simili argumentatur Curt. Iun. consil. 5. numer. 8. Conclusiū itaque fatemur verum esse, si liberi Marci, ex natura reciprocæ, & secundū interpretationem iuris, aliās non excluderentur: tunc eos à portione paterna, propter solum caput exclusiō parentum, ne quaquam remoueri posse. Exclusio enim certi gradus ad alium nō extenditur. Ethoc modo procedit regula, quam

204. D. Consulens nume. 37. posuit, scilicet, † quamlibet dispositionem exclusiōā restringi ad personas specificatas, nēpe, quādo exclusiō vnius, est inclusiō alterius, vti animaduertit Zanchus in sāpe allegato §. cùm ita. parte 7. numer. 4. & in eiusmodi terminis loquuntur dd. ex aduerso allegati, Curt. Sen. consil. 83, numer. 14. Dec. consil. 383. numer. 4. Parif. consil. 41. numer. 57. & consil. 41. numer. 57. & consil. 47. numer. 77. vol. 3. Socyn. consil. 122. numer. 3. vol. 3. Corn. conf. 271. versic. non obstat. vol. 4. Socyri. Iun. conf. 30. numer. 55. & 56. vol. 1. Tu adde glos. in l. 2. & ibi notat Bartol. in l. si quis ita. ff. de testamen: tut. Dec. consil. 513. num. 1. facit textus in l. Celsus. §. quod alicuius. ff. de leg. 2. Hypp. Riminaldus ad Ioan. Mar. Riminald. consil. 523. li- tera g.

205. S E D vice versa † cùm certus aliquis gradus, fratribus nīmitum & sororum defuncti, à testatore vocatus fuerit, alij

- non veniunt. i. quod in rerum. §. si quis post. ibi: Quod alij destinatum est, ademptum esse videatur. ff. de leg. i. cum aliis supra numer. 143. allegatis. Igitur sufficit nobis sola, eaque ad nomen & gradum D. Magdalena disertis verbis restricta voluntas disponentis. l. quia poterat. ff. ad Trebel. Raphaël Cuman. conf. 22. quem allegat & ibi commendat Molin. in conf. Paris. §. 37. glof. i. Natta conf. 581. num. 32, facit. l. cùm prætor. ff. de iudic. l. sicut certi. C. de testa. milit. Ruin. conf. 51. numer. 5. vol. 3. Nonius conf. 42. sub finem. Nihil itaque nobis obstat regula, t̄ quod capite inclusio cessante, casset exclusio illarum personarum, quæ ob fauorem comprehensorum in capite inclusio excludebantur, sicuti multis probat à D. Consulente vbiique allegatus Decius conf. 383. num. 4. Sed non est semper verum, neque hoc dicit Decius, quod exclusione certæ personæ cesante, casset etiam inclusio eius, cuius fauore exclusio illa emanauit, sicuti cogente veritate scribit D. Consulens, num. 126. nimirum si æquè fortis ratio alios excludendi adhuc subsistat, secundum Molin. in addit: fin. ad Dec. conf. 15. & docet Bald. in l. de quib. ff. de legib. fol. penult. t̄ Si plura habeant eandem rationem, tunc si de vno fiat mentio, id videri exemplariter, non restrictiū factum esse, quem sequitur Alex. conf. 75. nume. 4. vol. 5. & Rol. à Valle con. 38. num. 49. vol. 4. Quo casu non oppugnat nos regula, t̄ quod exceptio non ampliet in casibus non exceptis &c. prout in casu statuti, sed dicimus ex generali vi, et virtute reciprocæ omnes excludi, & solam substitutam Magdalena admitti. Itaque t̄ sufficiunt verba inclusionis, vt inclusus cæteris præferatur, licet verba exclusionis cesserent, ita Bald. in l. dotalem. §. de virg. Cuius decisio placet ibi Imolæ. ff. solut. matrimon. & laudat Ludouic. de Lambertacis inter consil. vlt. vol. conf. 76. nume. 14.

- Quamvis autem idem Bald. aliud videatur dixisse in l. illam. C. de collat. & in l. sed & milites. ff. de excus. tut. & communiter dd. in l. i. C. de success. edict. Decius pas- sim in suis consiliis, & multi alij, quos cumulat Gabrielius tit. de statut. conclus. 7. & Albertus Brunus in tract. de sta- tutis excludentibus fœmin. articu. 6. t̄ qui regulare esse di- cunt, quod in capite exclusio, statutum nō extendatur vi- tra personas in eo expressas: tamen prædicta decisio dd. fa- cilè euitatur, consideratis rationibus, quas allegant: quia in ipsorum casu fauor inclusi & odium exclusi se habent cor- respectiū. Quam rationem potissimum cōsiderat Bald. in d. l. illam. & sic eum quoq; intelligit Socyn. Iun. conf. 30. nu. 55. vol. 1. & ante eum patruus eius conf. 122. nume. 3. vol. 34. Statutum enim priuat aliquando certum aliquem gradum successionis aliās sibi competenti de iure communi, idque odio irrationali versus eam personā, cui hoc iniquè quasi adimitur, l. vlt. C. de secund. nupt. l. maximum vitium. C. delib. præter. de quo odio multa Tiraquell. de retract. mu- nicip. §. i. glof. 9. nu. 194. Hoc verò, quod alteri ademptum est, applicat postea statutum quibusdam personis fauore quodam extraordinario, & iuri communi contrario. Cer- tè in ea facti specie aliter dicinon potest, quin fauor & odii sint correspectiua: & ideo non est mirum, quod posita se po- nant, perempta autem se perimant.
- LONGE aliter seres habet t̄ in legatis & substitutionibus, vbi munifica voluntas testatoris totum facit. d. l. i. & 2. ff. de donat: Et sic solus fauor attenditur, neque censetur odio habitus, sed potius minus dilectus, qui à testatore respectu magis dilecti, vel tacite, vel expresse excluditur. Persona enim quæ excluditur, raro est causa fauoris, sed illa, quæ in- cluditur: Ergo ea principaliter debet cōsiderari, secundum eundem Alber. Brunum in d. tractat. articu. 6. num. 90. qui dicit, meliorem ad hoc esse textum de iure in l. si defunctus.
- N 2 vbi

213. ubi Bald. & Castren. C. de suis & legitimis. † Nam aliquid in cuiusquam odium disponere, pœnam sapit. Alex. in l. in actionibus. num. 14. ff. de in lit. iur. Natta conf. 202. in fine. Nullum autem extat argumentum, quod vel testatoris frater, vel viuens eius vxor, multò minùs futuræ eius coniuges, yllo suo facto ad eiusmodi odium testatorem prouocarint. Igitur † qui non fuit in culpa, non potuit esse in pœna. l. si video. C. de his, quibus ut indign. Quarè non sumus intermis fideicomissi, quod in pœnam alicuius constituitur. Vti est casus apud Dec. consil. 336. & in l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. vbi glos. monet, animaduertendum esse,
215. † an testator substitut, tum amore substituti, tum etiam odio alterius, qui ab intestato succedere potuit, ut tunc mutuò se respiciant fauor & odium, vel an substitutionis, sola sit causa finalis fauor substituti, sicuti in dubio præsumitur, nisi aliud probetur. d. l. cum tale. §. falsam. Bartol. in d. §. quod autem. glos. in d. l. 2. ff. de donat. Tunc enim attenditur sola vis & efficacia capitis inclusiui, secundum Baldum in d. l. dotalem. §. de viro. ff. solut. matr. & idem Bald. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. qui hoc verum esse ait in statuto, quando aliquis excluditur fauore inclusorum: tum enim potissimum inspici caput inclusum: Censetur enim lex posita esse in fauorem vocatorum. argu. l. cum aliis. in fine, & l. in ratione legis. la. 2. §. tametsi ibi: Sed id verisimile non est, cum talis oratio magis ipsius causa, quam contra ipsum posita videatur. ff. ad l. Falcid. l. 3. §. si emancipatus. ibi: cum rescissio, quod magis admittatur, non quod minùs, adhibetur. ff. de bonor. poss. contratab. Brunus in tract. stat. exclud. fœm. art. 5. q. 12. col. 3. Bart. in l. liberorum. nume. 16. versic. de fauore alterius pone exemplum. ff. de verb. signif. Natta conf. 581. num. 32. Ita in terminis nostris distinguit etiam Ruin. con. 143. nu. 8. vol. 3. quod. aliquando quis excludatur principaliter, & in odium sui,

- sui, tunc ex consequentia quadam vocari inclusum: Sin verò inclusi fauor potissimum fuerit consideratus à testatore, ibi exclusionem esse accessoriam, & procedere, quæ scribit Bart. in l. 2. §. videndum, ff. ad Tertull. Fit enim talis exclusio bona mente, citra odium exclusi, secundum Ruinum con. 149. nu. 8. lib. 1. & Hipp. Rimini. con. 82. nu. 14. sic etiam declarat Aret. in l. Gallus. §. quod si is. ff. de lib. & posthum, & idem Ruinus con. 203. nu. 10. vers. & propterea quia non inducitur correctio. vol. 2. Ita quoq; dicit Io. de Anan. con. 4. versic. circa verò secundum dubium. vbi addit Ludo. Bologninus. nu. 7.
216. PRÆTEREA considerant dd. in hac questione, † quod statuta, quæ se respectuè habent ad inclusionem vnius, & exclusionem alterius, ferè semper continent correctiōnem iuris communis: quæ quidem correctoria ampliarinō debent. Nam cùm sint exceptiones à regula, licet firment regulam in casibus non exceptis: haudquaquam tamen ampliant regulam, ut faciant sub ea comprehendendi, quæ de sui natura non comprehendenterunt, exceptione non facta. l. generali. §. vxori. vbi declarat Bart. ff. de vsufr. leg. l. Lucius. §. plurib. & ibi dd. ff. ad Trebell. c. in nostra. ext. de appellat. Fusissimè Tiraq. in tractat. le mort saisit le vif. part. 2. declar. 2. nu. 4. & declar. 6. nu. 2. Cephal. con. 270. nu. 14. qui allegat Socyn. con. 30. num. 19. & 20. lib. r. Ex qua regula benè inferatur, † quod à beneficio iuris communis nemo sit excludendus, qui in statuto excludente non fuit comprehēsus. Bald. in d. l. sed & milites. ff. de excus. tut. Decius con. 451. in fine. & in d. l. 1. C. de success. edict. & vtrobique Molinæus citat plures. Verùm D. Magdalena, sicuti paulò antè etiam me minimus, nullum fundamentum ponit in capite exclusione parentū, quasi ex conjectura mente defuncti, liberi Marci quoq; inibi continēantur. Quam rationem argumentandi suprascripti dd. omnino reiiciunt, & præter eos Cephalus

quoque con. 278. numer. 75. per gl. ab omnibus approbatam  
in c. cupientes. §. quod si per viginti. in verbo. Petere. ext. de  
electio: in 6. de quo tamen vide Corneum conf. 266. num.  
4. vol. 4.

SED nec in capite inclusuo utimur aliqua extensione.

218. sed manemus in terminis conclusiuis & claris, † qui etiam si non possint ampliari, nihil tamen eis debet adimi, docente Molinæo in additione ad Alex. con. 197. in verb. fauorable.
219. vol. 7. † Virtus enim & efficacia inclusionis & vocationis certi alicuius gradus, omnes alios excludit. Bartol. sæpe allegatus in d.l. 2. §. videndum. ff ad Tertul. Cuius doctrinam Baldus tandem sub distinctione veram esse fatetur in conf. 295. vol. 2. scilicet in casu, quando virtus inclusua nullam inducat absurditatem præposterationis graduum, & per consequens correctionem iuris communis. Nos autem eiusmodi præposterationis coargui non possumus, cum D. Magdalena proximior sit testatori, quam exclusi Marci liberi. Nec etiam absurdè, & contra regulas iuris communis, immo potius omnino secundum eas loquitur, qui dicit, testatorem propinquiores sibi D. Magdalena remotioribus Marcis liberis præferre voluisse. §. si plurcs. Institut. de legit. agnat. success. l. 3. §. si duo. ff. de legit. tut. l. hæredes mei. §. vlt. ff. ad Trebell.

- POSTREMO Bald. in l. si defunctus. num. 6. C. de suis & leg. clarè explicat doctrinam suā, quam in d.l. illam. posuerat: Scribit enim, considerandum esse, an aliquis conditionaliter ad exclusionem certæ alicuius personæ vocetur, vel an ipsa verba vocationis sint dispositiua: quo posteriori casu non solum gradus nominatus, veluti mater, sed etiam amita, & omnes alij per caput illud inclusum alterius, & dispositum, excluduntur. † Ex quo dicto clarè elucet, tum demum esse correspondias exclusionem & inclusionem,
- quando

quando vna pro conditione alterius apposita est, sicuti fcrè concepta sunt statuta Italiæ, puta, vt extantibus masculis vel patruo, non succedant fœminæ vel mater. sicuti ipse Bal. in d.l. illam. casum ita format in terminis &c. pulchrè Tib. De ci. con. 41. nu. 48. vol. 1.

Q V O R S V M igitur pertinent Theses illæ, quas aduersarij in triplicis suis proposuerunt, cum in hypothesi sint falsæ? nec concludenti aliqua & necessaria argumen- tandi ratione demonstrari possit, exclusionem parentum finalem intentionem testatoris, atque unicum effectum substitutionis reciproçæ fuisse. Hic enim Rhodus, hic saltus.

- A N T E A quoquè, & magna cum ratione, in lite ipsis obiectum fuit, non conuenire dicta Doctorum, quos alle- gent (& nos suprà num. 204. recensuimus) cum presenti no- stra quæstione. Agunt enim de vocatione extraordinaria statuti, vbi certus aliquis gradus excluditur à successione legitima, respectiuè tamen & casu, quo 'alius gradus ex- taret. † Ibi enim & quando gradus præposterior, talis statutaria vocatione habet ad ordinariam successionem iuri- ris communis, sicut exceptio ad regulam. Non est igitur mirum, si eiusmodi statutum ad casus (sicuti inquit Baldus in d.l. illam) isthic non decisos, vel ad personas similes neu- tiquam trahatur. In successione autem testamentaria caput inclusum remouet vniuersaliter omnes, sæpe all. l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de leg. 1. Itaque exclusio subsequens alicuius certæ personæ, puta parentum, est exemplum, non exceptio præcedentis dispositionis: vbi argumento à contrariis, nemo quam in testamento vocatus admittitur, ita appositè ad hanc questionem respondendo, distinguit Bartol. in l. prætor. §. eritque hæc differentia. ver. secundo casu principali. ff. de vi bon. rapt.
- orologorū

- ADVERSARII conuicti his tam manifestis, quò se vertant, nesciunt, & demum in triplicis suis, ad generalia configuiunt, dicentes, non esse ineptum argumentum à dispositione statuti, ad testamētariam. Bar. in l. si ita fuerit ser.
222. uus. ff. de manumiss. test. Euerard. in loco 46. † Sed hoc non aliter accipiendum est, quām vbi concurrit eadem ratio, quam hīc diuersam esse ad oculum demonstrauimus. Qua-
223. rē idem Euerard. in loco 54. † à causa intestati ad causam testati, inquit: Quid magis dissidet quām Clericus & asinus? & tamen subsistente identitate rationis, à Clerico ad asinum procedit argumentatio. vt est text. in cap. 2. de treuga & pace. Et in illo ipso loco, à lege ad testatorem, aliquot diuersitatis exempla adducit: inter quæ hoc maximè ad nos pertinet, cùm scribit, † appellatione filij in dispositione legis venire nepotes, sècūs autem esse in dispositione testatoris. Ita etiam non valet hæc argumentatio, quam aduersarij in triplicis suis à statuti dispositione ad testamentariā colligunt, vt, quemadmodum successioni ab intestato per statutum derogatū esse non videatur, nisi in illis præcisè gradibus, qui in capite exclusiō expressi sint, eodem modo exclusionem testamentariam vltra gradum designatum extendi non debere. allegāt l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. Dissimilia autem
225. hæc sunt, † Nam vbi à statuto posterior gradus alicui priori, sicut patruus matri, præfertur: tuncalius gradus, puta sororis, à successione, quæ ei ex lege, tanquam proximiori deferuntur, non posset dici exclusus, nisi per viam cuiusdam exten-
226. sionis. † Sed prouisio legis vel statuti contra ius commune non extenditur vltra verbale legis, etiam si eadem subeffet ratio. d. §. de viro. Et in his terminis loquuntur dd. quōrum dicta aduersarij in triplicis suis longo ordine frustrā recensent, quietiam à nobis suprànum. 204. allegati sunt. Alia autem est ratio vocationis testamentariæ: ibi enim vel teste ipso D. Herdeffiano (in consilio suo num. 65. versic. ne ita in proposito

227. proposito &c.) † ex vocatione superstitis, ad portionem decedentis, generaliter omnes alij gradus excluduntur. Quare respectu exclusionis, non sumus in terminis extensiuis.
228. sed comprehensiuis: † inter quos maxima est differentia, vt probant Alex. con. 130. num. 7. lib. 4. Tiraq. in l. si vnquam verb. libertis. nu. 45. C. de reuoc. don. Parif. in l. 1. nu. 117. ff. de vulg. Crauetta con. 183. Moly. con. 29. num. 8. Menoch. con. 197. num. 80. Hoc enim casu, & in materia testamentaria, vbi exclusio ynius, est cæterorum omnium exclusio, sequenda est doctrina Baldi in d. l. dotalem. §. de viro. ff. soluto matri: nempe quòd sufficiat caput inclusiuum, vt inclusus cæteris preferatur licet verba exclusionis cessent. Nec congruens in hac materia responsum sumi potest ex textu alterius. §. de viro. in l. si verò. quo contra Bartol. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertull. inititut Bald. in d. l. illam. & alij allegati ab aduersariis. Ibi enim reprobatur extensio statuti limitantis in aliquo casu regulā succedendi de iure communi. Verū vbi exclusio omnium, præterquam vocatorum, ipsa sua vi & potestate dispositioni inest, aliud dicendum venit.

CONCLVISIVE itaque loquimur, parentes in nostro

229. casu esse exclusos † per testamentum, id est, expreſſe: liberos verò Marci, & reliquos omnes propter testamentum, & sic tacitè. l. quandiu. ff. de reg. iur. ita inter exclusionem, quæ per testamentum, & aliam, quæ propter factum testamentum inducitur, appositè distinguit Paul. Castrensis consil. 286. num. 2. vol. 1.

- QVARTE expressio illa sumenda est pro exemplo. l. scire oportet. §. hoc de his. ibi: quas exempli gratia subiecit. ff. de excus. tut. † Exempla autem nō intelliguntur expositiū vel restrictiū. iuxta gl. inl. paſtum. C. de transact. l. damni infecti stipulatio competit. in fine. ff. de dam. infect. cum similib. Nec in eiusmodi casibus procedit argumentatio à capite exclusiō ad caput inclusiuum, vel è contra, vt singulariter

O notat

notat Marcus Mantua. sing. 391. & ante eum Petr. Gerard. sing. 97. nu. 5. & sing. 7. nu. 8. vbi adducit bonam gl. in Clem. 2. in verb. pr̄sidentes. ext. de rescript. quam gl. Butr. & Imola valde commendant ad limitationem argumenti, quod ab exclusione & inclusione sumitur. copiose Iason in l. 2. nu. 12. ff. de vulg. & pupill.

**O B I C I V N T** hic aduersarij in triplicis suis, quamuis exempla regulam non restringant, quòd declarent tamen.

231. **†** Ad hoc respondetur verum esse, quòd exempla patefacta ratione, ad similes casus trahendi viā aperiant. I. scire oportet. §. fin. & ibi Bar. ff. de excus. tut. Attamen, vt infrā num. 244. & seqq. latius dicemus, declaratio & interpretatio non habet locum, nisi in dispositione dubia. vulgata. ille aut ille, §. cum in verbis. & in l. non aliter. ff. de leg. 3. Crauetta conf. 289. nu. 4. & eleganter inquit Bald. in l. si de interpretatione. ff. de legibus. interpretatione esse declarare, non perimere dispositionem. Imò in dispositione clara, omnis interpretatio censetur esse calumniosa. vt inquit Ripa in l. purè. §. 1. nu. 5. ff. ad Trebell. Quare rectè à nobis suprà. nu. 230. & aliás in iudicio, adducta est limitatio argumenti, quod ab exclusione & inclusione sumitur, vt non procedat, quando exclusio vel inclusio pro exemplo posita est. Itaq; illationem aduersariorum, quia parentes tantum exclusi legantur, ergo liberos esse admissos, non concludere, per l. regula. ibi. & licet municipum in hac epistola mentio fiat, tamen & in qualibet persona idem obseruabitur. ff. de iur. & fact. ign.

232. Nec quærenda alia similis est ratio, vt i. volunt aduersarij in suis triplicis, **†** cur liberi quoque excludantur, quā ipsa voluntas testatoris, qui alios vocauit. l. quia poterat. ff. ad Trebell. Nam excluduntur omnes ex vnica ratione, nempe propter factum testamentum. d.l. quandiu. Et sufficit, quòd hæc ratio exclusionis liberorum cum ea, ex qua parentes remoti sunt, congruat, etiam si eandem qualitatem

tem conditionis, si sine &c. quæ exclusioni parentum ineſt, liberoſum exclusio non habeat, ſicuti aduersarij requirunt. Satis enim eſt, quòd æquiparatio procedat eo respectu, de

233. quo agitur, **†** nec attenditur diuersitas, quæ alio respectu in considerationem venire poſſet. secundūm Decium in l. singularia. col. 1. ff. ſi certum petatur. Parif. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 83. ff. de lib. & poſth. Sigism. Loffredus con. 52. num. 59.

234. **D E N I Q U E** **†** expressa parentum exclusio appofita cen- ſetur respectu tacitæ in reciproca comprehenſæ, prout de prohibitione alienationis expressa ſuprà poſt num. 184. alle- gauimus, ex Dec. in con. 636. nu. 8. & 9. & ab ipſa tacita regu- latur. secundūm Cephal. con. 153. nu. 31.

Ex quibus omnibus planè liquet, testatoris dispositio- ni, per nescio quas imaginatas interpretationes, irrito cona- tu, vim quæferri: cum tamē ob nullam aliam, quām mu- nificentia causam, Sebastiani liberis inuicem substitutum

235. fit. l. r. in princ. ff. de donat. **†** Exclusio verò parentum, nec ob causam, ſine qua nō &c. nec tanquam conditio substituen- di. l. & generaliter. ff. eod. nec per viam modi adiecta fuerit. l. alumnæ. §. Seia. l. filio. §. matr. ff. de adim. leg. Itaque ab ex- pressa exclusione parentum ad omissam exclusionem libe- rorum Marci fruſtrā argumentum ducitur. Bart. in l. ſiquis feruum. ff. de condit. & dem. & in l. 1. C. de paſt. Cyn. & Bald. in l. ſi plures. C. de cond. insert. appositè Iason in l. Lucius, num. 18. ff. de vulg. & pupill. Cum non poſſit omissum dici, quod ex natura dispositionis venit. d.l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & ibi omnes.

**SECVNDA ILLATIO, QVÆ AB EXCLV- fione parentum fit, ita ferè habet, quòd generaliter disposi- ta, abiis, quæ poſtea ſpecialiter expressa ſunt, reſtringantur. Itaque ſubstitutionem reciprocā, quæ ſu natura genera- liter oēs alios, præter reciprocē ſubstitutos, à legato alienos**

facit, de sola specialiter expressa exclusione parentum intelligendam esse.

PRIMO per textum in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.

SECUNDО per textum in l. cum de lanionis. §. cui fundum. ff. de fund. instruct. leg.

TERTIO per l. sicut fundum. ff. de verb. signif.

QUARTO per ea, quæ scribit Bald. in l. quoties. C. famili. ercisc.

QVINTO per id, quod notatidem Bald. conf. 451. vol. 1.

SEXTO inquiunt pro regula esse tenendum, vbi cunq; easus sub generali & indefinita dispositione comprehensi, non sunt eiusdem, sed diuersæ rationis: ibi per speciale expressionem restringi atq; declarari dispositionem. Castren. con. 333. vol. 2. Rom. con. 237. con. 4. vol. 2.

236. Hoc omne autem † genus argumentandi, quod ab expressione speciei ad restrictionem generis sumitur, periculosem esse scribit Curt. Iun. con. 112. nu. 7. & intelligendum secundum regulam, quam ponit Bart. in l. quæ situm. §. fin. ff. de fund. instruct. cuius dicta reassumit Abbas in c. sedes. ext. de rescript. Decius in l. in toto. nu. 17. ff. de reg. iur. Vrsill. ad Afflct. decis. 106. scilicet, quando species posita refertur ad idem verbum, ad quod se refert genus, tunc species non restringit, vel limitat genus, sed cœsetur ex abundantia adiecta esse: puta, si relinquimus fundum instructum & suppellectilem, ibi verbum, Suppellex, respicit idem verbum, Relinquo, ad quod etiam refertur fundus instructus, qui est genus d. §. fin. Quæ regula ex mente Bartol. etiam procedit, quando sunt duo verba dispositiva, sicuti in nostro casu, vbi substitutio reciproca, quæ generaliter excludit omnes hæredes ab intestato, determinatur per verbum, Debet. † Specialis autem exclusio parentum regitur à clausula, Et nō debent, de quo egregie Cephal. con. 158. nu. 36.

PER

PER quas dictiones, Et non debent. vel, Nec debent, probatur secundò, quòd testator speciale illam exclusi- nem parentum, additionis & ampliationis, non autem restrictionis gratia adiecerit. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Bart. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Canonistæ in c. 2. extra de rescript. latissimè Corn. qui hanc nostram quæstionem ferè in terminis decidit con. 67. nu. 9. lib. 1. Et

238. Ripa in d. c. 2. vbi nu. 53. scribit, † Quando dictio, Et, ponitur inter speciem & genus, tunc censetur posita ad demon- strandum, quòd illa species magis sit notatione digna, quam cæteræ nō expressæ. arg. l. item apud Labeonem. §. hoc edito, ff. de iniur. Sic habetur etiam in Euangelio: Dicite discipulis eius & Petro. Ita notant quoq; gl. & Bald. in rubrie. C. de seruit. & aqua. Socyn. in rubr. de vulg. & pup. nu. 13. & conf. 62. ante num. 5. vol. 3. Ostenditur enim per illam copulam, quòd enixè hoc voluerit testator, nō tamen propterea tolluntur reliquæ species. Malè igitur & contra omnes scri-

239. bentes † ab enixa expressione exclusionis parentum, inferunt ad restrictionem substitutionis: cùm tamē ea, quæ enixè dicuntur, non soleant restringere, sed ampliare fauorem. Moly. in addit: ad Alex. con. 162. vol. 2. Io. Bologn. in rep. l. 2. nu. 145. ff. de verb. oblig. & probat hoc textus supra num.

231. allegatus in l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fact. ignor. quibus adde textum in l. stipulationes commodissimum. & l. doli clausula. ff. de verb. obligat. l. legata, in princ. ff. de superpell. leg. † Quæ iura demonstrant, quòd species censeantur generi subiectæ, maioris demonstrationis gratia. Socyn. conf. 300. col. 2. vol. 2. Crauetta conf. 227.

TERTIO, non est dubitandum, quin testator exclusi- nem parentum ob id potissimum specificauerit, quia casus aliquis celerius contingere potuit, vbi parentes substitutis liberis, adhuc in infantia constitutis, & aliquibus ex illis cum temporis corpore malè affectis, non solùm ab intestato

O 3 succē-

- succedere, sed etiam per usitatam in patria testatoris divisionem inter parentes & liberos (de quo supra n. 126. vers. hæc autem imaginatio &c. & infra n. 252.) ad portionem
241. aliquā istius legati aspirare potuissent. † Quin etiā in dubio censetur esse facta expressio de non strationis, vel tollendæ dubitationis, non aut limitationis causa, nisi hoc exprimatur, vel clare appareat. l. fin. §. Titia. infin. ff. de lib. leg. & ita tenet Andr. de Ifern. in c. r. col. r. quo temp. mil. Bartol. in l. Ceturio. col. 9. vers. sed quid si dixi. & in columna pen. vers. quæro iuxta. ff. de vulg. sub: quem ibi sequuntur scrib. & latè Iason. n. 50. Et idē magno conatu defendit insignis VVesenbecius conf. 51. n. 30. & 31. † Et quod apposita frequentioris usus gratia, non restringant præcedentem dispositionem, tradit idem Iason in l. 2. ff. de vulg. & pup. latè Tiraq. de retract. municip. §. 20. num. 4. Collegium Ticinense in consiliis causæ Triuultianæ, num. 65. Ita etiam à contrario sensu specifica inclusio alicuius rei in legato, non operatur exclusionem aliarum rerum, quæ alioquin de sui natura in legato veniebant, quando appetet, talem inclusionem factam esse ampliatuè, & in fauorem legatarij, non restrictiū, vt per illam minuatur legatum. ita tradit Bald. in consil. 208. incip. quæstio est. col. 2, circa med. lib. 4. & idem notat Iason conf. 202. in fine. lib. 2.
243. QVARTO, absurdum esset, vt principali dispositioni derogaretur per adiectam exclusionem parentū, quæ æquè principalis non est. §. si tamen alienam purpuram. Instit. de rer. diuis. Crauetta pro genero. n. 348. in fine.
- Nec quicquam in contrarium vrget, quod D. Consulens n. 64. ex Socyn. Iun. con. 93. n. mihi 28. vol. 3. oponit, scilicet adiectam exclusionem parentum, declarare dispositionē substitutionis præcedentem. Respōdetur enim,
244. † declarationem tantum habere locū in dispositione dubia. Crauetta con. 282. n. 4. Vbi enim verba sunt clara, quæ in substi-

- substitutione nostra sunt clarissima, dici potest, quod habeamus textū, ideo glossa non indigemus, vt dicit Bald. cō. 343. col. 3. vers. reuertendum. lib. 1. & Neuizanus quoq; con. 245. 12. n. 13. † Deinde etiamsi legatum aliquod dubium interpretandum esset, nihil noui tamē addi posset. l. adeò. §. cum quis. ff. de acquir. rer. dom. Quia nec princeps declarando nouam dispositionē inducere potest. Castr. in l. hæred. palā. §. & si quid post col. 2. ff. de testam. Dec. in l. r. col. r. C. de im- pub. & cō. 114. col. fin. & con. 229. ante finē. Alex. con. 17. n. 15. vol. 7. Gabriel. tit. de reg. iur. concl. 3. n. 1. 4. & 5. vbi enim declarando mutatur substantia legati vel qualitas, quæ alterat legatum, opus est quinq; testibus, qui fidē faciant de voluntate testatoris sicuti supra n. 132. probauimus. & pbat Natta con. 362. per allegata ibi ab eo, quem refert Hypp. Rimini. con. 158. Hic aut̄ mutaretur substantia legati, si per declara- tiones, nescio quales, ex substitutione pura, efficeretur condi- tionalis, & sic res ab euidēter veris, p breuissimas mutatio- nes, ad euidenter falsa deduceretur. l. ea est natura. ff. de reg.
246. iur. † Adiectione enim conditionis & dici facit, vt res non sit eadem, sed diuersa. l. r. §. si quis simpliciter. §. præterea. Insti- de inut. stip. copiosè Natta d. con. 362. n. 18. & seq.
- QVINTO, negari non potest, nisi obstinate, quin testa- tor parentes fauore substitutorum excluserit, de quo supra variis in locis, & hoc idem confirmat, imò non dubium esse scribit Rom. con. 411. in fine. Sed & ipse D. Cōsulens in de- ductione quartæ conjecturæ n. 96. & multis seqq. hoc vnu cōtendit, quod exclusio matris sit facta contemplatione, & sic in fauorem non solùm substitutorū, sed etiam aliorum, nec nominatorū quidem in testamento. Quomodo igitur adie- ctio illa exclusionis in damnum eorundem substitutorū, & ad restrictionem fauoris (sicuti ferē vbiq; argumentatur D. Consulens, vnde toties eadem responsio repetenda est) co- uerti potest? contra textum in l. generaliter. §. in his. ibi: ne quod

247. tne, quod fauore liberorum inductum est, quibusdam casibus ad lēsionem eorum videatur inuentum. C. de secund. nupt. l. ea lege. in princ. ff. locati. Craueta in terminis nostris, quando genus per speciem restringendum esset, conf. 227. nu. 8. vers. & facit ratio, idem Craueta cons. s. nu. 15. & cons. n. 8. num. 25.

**S E X T O** potest dici, quod exclusio parentum non ex omni parte se habeat ad reciprocā substitutionem, sicut species ad genus. Licet enim substitutio excludat omnes à successionē hæreditaria: non tamen remouebat parentes à diuisione cōsuetudinaria ciuitatis Augustanæ, à qua nominati eos exclusos quoque voluit testator. Itaque cūm duplī respectu testator parētes excluderit, primò ne sub prætextu putatiue legitime (ita enim alibi loquitur testator) deinde ne ex causa tripartitionis cōsuetudinarię, substitutio-

248. nē imminuere possint, † & sic cūm sint assignatæ duæ rationes: non est licitum argumentari ex altera. Salyc. in l. si serui nostri. C. de noxalib. quod refert & sequitur Alex. in l. si constante. ff. solut. matr. & hanc opinionem communem esse dicit Alciat. in l. Gallus. §. & quid si tantūm. num. 92. ff.

249. de lib. & posthum. † Quemadmodum etiam vbi sunt duæ causæ cuiuspiam constitutionis, non sumitur argumentum à contrario sensu ab vna tantūm. Iacob. Butrigar. in c. conuenticula. C. de Episcop. & Cler. Felyn. in c. significasti. col.

250. pen. vers. item fallit. extra de for. comp. † Ita etiam quando plures leges concurrunt ad vnum effectum, vna cessante, remanet virtus alterius. notant dd. in l. si non lex Elia sentia.

251. ff. de hær. instit. † Imò illa dicitur esse causa alicuius rei, quæ sola est causa, non simul cum alia. l. legatis. ff. de leg. 2. vbi Cuman. in r. lectura. §. affinitatis. Instit. denupt. vbi Angel. in 3. not. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donatio: Copiosissimè Tiraquel. cessante causa. limit. 22, Ioan. Bapt, Ferretus consil. 248. num. 4.

bouper

VEHE-

VEHEMENTER autem pungit aduersarios hæc obiectione, vt potè quæ argumentationē ipsorum à legitima ciuili (cuius parentes in bonis Marci, nisi absq; liberis deceſſisset, capaces esse non poterant) ad subintelligendā in reciproca quoq; conditionē, si sine &c. prorsus euertit: itaq; in triplicis suis ad locū inficiationis configiunt, & negant, quod in hac parte legati de partitione cōsuetudinaria, & quod ab ea quoq; huius legati ratione, exclusi sint parentes, quicquam cōtineatur, nempe in illis verbis: Einige legitima, id est, villem legitimam. & in statim subsequentib. verbis: Noch von solcher geschickter hauptsumma ainsicherlay fähig seyn/ noch begeren sollen/ id est, aut legatæ huius summæ fortis, sub villa qualitate capaces esse, aut eam petere debeant.

252. S C I R E autem oportet, † quod in ciuitate Augustana ante paucos annos, & adhuc tempore conditi testamenti legitima parentum & liberorum adinuicem in duplice erat consideratione: Nempe illa, quæ, vt suprà dictū est, debetur parentibus post mortē liberorum, & hæc non potuit cōtingere, nisi deceſſerint & ipsi quoq; sine liberis. Altera est legitima, quæ per viam tripartitionis, der dritte Haftung / cuius passim mentionem facit testator, assignatur in vita. Hæc em

253. † cōsuetudinaria diuisio inter parentes & liberos, est quædā perceptio legitimæ, præueniens tempus ordinatū à lege. de qua Iacob. Butrig. in l. pactum. & ibi cæteri dd. C. de collatio: Et hoc modo diuisis facultatibus, non astringuntur amplius liberi patētibus, vel illi vicissim liberis, iure institutio-nis aliqd relinqueret, secundum Petr. de Ancharano cō. ro. quem refert & sequitur Anto. Gabriel. tit. de secund. nupt.

254. c. 4. nu. 66. Huic etiā interpretationi cōuenit † lex Burgundiaca edita inter leges Germaniæ tit. i. §. 2. (quia ferè ex iure Longobardico, & antiq. Germanicis legibus, cōsuetudines antiquarū vrbium Germaniæ defluxerunt.) Illa autem sic habet: Aut si cum filiis diuiserit, & portiohē suam tulerit, & incis.

P postea

postea de alia vxore filios habuerit, illi de secunda vxore, in illam, quam pater accepit, portionem succedant, & illi, qui cum patre diuiserunt, ab eis nihil penitus requirant.

**I T A Q V E** cùm testator dixit: **E**inige legitima, id est, 255. vllam legitimam: † vocabulum autem, vllam, comprehendet plura indiuidua, teste Ioan. Bologneto, in l. emancipata. nume. 27. C. qui admitti. clarum fit, testatorem de vtraque legitima, id est, ciuili & consuetudinaria sensisse, maximè cùm in aliis quoque testamenti partibus, parentes tam à legitima, quam à tripartitione consuetudinaria excludat.

**A D V E R S A R I I** aduocati, huius consuetudinis ignari (cùm facta, vt sunt consuetudines, plerunq; etiam prudensissimos fallant) non verentur, tanquam in re sibi benè cognita, vsq; ad distinctiones etiam procedere, & cōtendunt in triplicis suis, patrem secundūm morem Augustanum, non posse liberos ad diuisionem prouocare, sed ab ipsis prouocari, vt illa fiat non ex persona filiorum, sed patris: quod vltimum forsitan de facultatibus filiorum intelligunt. Verū quicquid sibi ipsis persuadeant, qui in fictione casuum & distinctionum nimium sunt audaces, quod ad dictam 256. consuetudinem attinet, ita se res habet: † Solent plerunque in hac nostra vrbe omnia pacta dotalia; in euentum, quo alter coniunx relictis liberis decedat, sub hac clausula concipi, vt in diuidendis facultatibus, inter superstitem coniugem & communes liberos, consuetudo ciuitatis obseruetur. Indeeuenire solet, vt parentes superuiuens (si ad secunda vota accedit) adhibitis proximis consanguineis liberiorum, bona in tres æquales partes diuidat, quarum vna parenti, duæ liberis cedunt. Et hunc sensum habent pacta illa dotalia, de obseruanda consuetudine ciuitatis, vbi sæpe numero magna incidit quæstio, an non solùm boná paterna & materna, sed etiam filiorum aduentitia, tali tripartitione

tioni subiaceant. Huius igitur quæstionis euitandæ gratia, testator tam alia relicta, quam etiam hoc legatum, disertis verbis ab omni nexu consuetudinariæ diuisionis exemit, & insuper adiecit, ne parentes vlo modo huius legati capaces essent. Nam particula, **Lay** / adiecta vocabulo **manich** vel **eñig** / qualitatem denotat, quasi dices, nulla via vel modo &c. Itaq; verba generalia, **Noch** **añicherlay** ic. continent etiam alia, quam specificatam exclusionē à legitima, ex doctrina Bartoli in l. emptor. l. Lucius circa fin. de pactis. Alex. con. 11. nu. 10. vers. cōfirmo. vol. 2. Corn. con. 6. col. 2. & 3. vol. 1. & cō. 236. col. fin. vers. nec obstat vol. 2. Castr. con. 333. col. fin. vers. plus dico. vol. 2. Afflct. decis. 28. nu. 7. Socyn. con. 47. nu. 30. vol. 4. Crauetta con. 209. nu. 5. & 6.

Ex quibus perspicue intelligitur, aduersarios exclusiōnem parentum ad vnicum illum effectum, quem legitima ciuilis aliâs habere solet, satis temerè restrinxisse, vt inde latius argumentando, substitutioni reciprocæ, cōtra verba & mētem testatoris, propriâ suam vim adimere, atq; eam pro libito coarctare possint, arguendo nimirum de phantasia ad phantasiam, vt inquit Io. Bolognet. in conf. pro Triuultiis, nu. 119. Vndē fit, sicut inquit Imp. in l. si quis hæredem. C. 257. de insti. & sub: † vt, dum nimia vtimur circa huiusmodi sensus subtilitate, iudicia testatorum defraudentur.

**C O N T I N G E** itaq; potuit, quod superstes parens, tempore secundarum nuptiarū, liberos suos primi gradus (ni testator id vetuisset) ad collationem huius legati, sicuti etiam aliorum bonorum aduentitiorum, adegit, & ex iis suam tertiam partem ex consuetudine cepisset, nulla habita ratione, an liberi isti primi gradus, nuptiis post hanc diuisionem copulati, alias porrò liberos sustulissent nec ne.

**Q U A R E** plures sunt effectus huius exclusionis, ad quos, 258. omnes testator respexit, sicuti per verbum, **Eñicherlay** / sat is hoc demonstrauit. † Debet itaque talis interpretatio su-

mi, per quam satisfiat omnibus casibus, ut voluit Castrensis  
conf. 179. num. 5. in medio, lib. 1.

ID autem, quod de liberis Marci, hoc est, nepotibus Sebastiani, in triplicis suis addunt, & consuetudinem Augustanam, tanquam irrationalib[us] & absurdam, damnant, si ne-  
potibus peream necessitas imponeretur, ut etiam cum auo-  
vel auia, bona communia hoc modo diuiderent: merum  
commentum est: neq[ue] enim vñquam hoc diximus, sed ad-  
uersarij illud propositum (vthaberent quod exagitarēt) sua  
sponte sibi sumpererunt, ne interim ad vera argumenta, cūm  
non possent, respondere cogerentur.

SEPTIMO & vltimo, etiam si vñpiam aliquid vrgens in  
medium adduci posset, quod iudicis mētem de restringen-  
da hac substitutione anticipitem redderet: tamen in dubio  
ea est sumēda interpretatio, vt specialis expressio eius, quod  
substitutioni alioquin generaliter inerat, dispositionem nō  
restringat. ita Cephal. ad totam hanc materiam omnino vi-

259. 260. 261. 262. dendus, conf. 158. Voluntas enim in dubio nunq[ue] limitata  
præsumitur, quod latè probatur in lib. Milleloquiorū, quæ  
nuper ex scriptis potissimum Caroli Moli. collecta & edita  
sunt, ca. 232. Et in dubio ea debet interpretatio capi, per q[uod]  
dispositio testatoris efficitur plenior & efficacior. l. 1. §. si te-  
rogauero. & §. seq. cū aliis allegatis p Crauet. cō. 202. nu. 16.

STANTIBVS hisce præmunitionibus, quemadmodū  
nullo modo conuelli possunt, facilè adea, quæ in contrarium  
adducta sunt, responderunt.

QVIA ad text. in l. cum pater. §. dulcissimi. ff. de leg. 2.  
vbi colligitur, quòd ex adiecta ratione restringitur lega-  
tum, planissima est responsio.

NAM text. ille non congruit nostro casui, cūm paren-  
tum exclusio non per modum rationis, sicuti in d. §. dulcis-  
simi. ibi: ne quam cum his controuersiam habens. sed per

262. copulam, ET, substitutioni subiecta sit: t[em]q[ue] copula nō solet  
restrin-

restringere legatum, sed augere. I. ea tamen adiectio. iuncta  
gl. & ibi Bartol. not. ff. de leg. 3. cum aliis ad hoc propositum  
suprà in secundo fundamento allegatis.

DENIQUE, etiamsi per modum cause apposita fuisset  
exclusio parentum (cuius tamē nullum hic extat argumen-  
tum) nihilominus cum fauore vocatorum adiecta videtur,  
scribit Bartol. cam non posse dici finalem, nec in aliquo re-  
stringere vocationem, sed potius ampliare legatum. in l. 4.  
ff. de alim. & cibar. leg. & in l. Titia. §. qui in vita. ff. de leg. 2.

Idē Bart. in l. habitatio. §. 1. ff. de vsu & habit. & plenē nota-  
tur in l. donatiōes. §. species. ff. de auro & arg. leg. Et pulchrè  
de hac quæstione Daniel Landulphus inter consilia vlt. vol.  
con. 155. nu. 12. vsque ad finem. Sed textus in contrarium ad-  
ductus, scilicet legis cum pater. §. dulcissimi. ff. de leg. 2. ha-

263. bet tantū locum, t[em] quando aliquid à testatore adiicitur,  
nō in fauorem legatarij, sed principaliter in odium seu gra-  
uamen alterius. ita eam intelligit Rom. con. 503. nu. 7.

264. NEC multum facit t[em] tex. in l. cum de lanionis. §. cui fun-  
dū. ff. de fund. instruct. Distinguitur enim, an inter terminū  
generalem (qui est in nostro casu substitutio) & terminū  
specialem (qui est exclusio parentum) interponatur dictio  
declaratiua seu expositiua. VIDE LICET, ID EST, vel  
aliud verbum limitatiuum: tunc enim restringis speciem per  
genus; secūs si inter vtrunq[ue] terminū inueniatur copula,  
ET: ibi enim nō restringitur genus propter species enumera-  
tas, vt diximus in secundo fundamento, & clarè explicat  
Crauetta d. con. 227. num. 7. yers. quartò licet. vt mirum sit,  
quòd D. Consulens ad eiusdem consilij autoritatem nu. 63.  
configuat, cūm tamen expreſſè contra ipsum concludat.  
Adde Cephal. consil. 372. numer. 18. & 32. & vbiq[ue] allegata  
ab ipsis.

AD l. si cum fundum. ff. de verb. signif. eodem modō re-  
spondetur ex mente Bart. in d. l. queſitum. §. si quis fundum.

nu. 7. ff. de fund. instruc. scilicet decisionē obiectę illius legis  
nihil obstare, quādo adsunt duo verba dispositiua, connexa  
per copulam E T. Corn. suprà in i. fund. citatus con. 67. lib. I.

265. Doctrina m † Baldi in l. quoties. C. de hæred. instit.  
scilicet quōd posterior specialis dispositio priorē generalē  
restringat, ne frustrā & sine effectu adiecta videatur. dicit  
Alcia. in d. l. si cum fundū. ff. de verb. signif. non esse omnino  
veram. quem refert & sequitur Cephal. con. 158. nu. 34. Item  
non potest yere dici, exclusionem parentum aliās (nisi restri-

266. ctionem operaretur) superfluam esse. Nam † licet nihil ope-  
raretur ad esse rei, tamē ad benē esse, satis valet. l. stipulatio-  
nes commodissimū. ff. de verb. oblig. Interdum enim (quia  
imperitorum & cauillantium minimē aspernanda est multu-  
tudo, vt inquit Salomonius statim citandus) ad rescandas  
lītes aliqua exprimimus, quæ non sunt superflua, sed cōmo-  
dā & vtilia. d. l. stipulationes. & l. quæ dubitationis. ff. de reg.  
iur. Ad quod certè testatorē nostrum respexisse, aperte con-  
stat ex eo, quōd aliquando putatiuam legitimam appellat, à  
qua parentes excludat, cū adiectione, quōd ius hoc sibi per-  
mittat, nimirum iam tum ab initio viti litigatores metuens.

Quare forsitan D. Matthæus V Vesenbecius Iurecons. in  
nostra Germania doctus maximē, maximē & disertus (sicut  
de Zasio Itali Iureconsulti aliquando testimoniū tulerunt)  
non abs re dixit in subscriptione sua ad Consilium D. Her-  
dessiani nu. 23. Semiuare cōsultum quendam putāsse, quem  
admodum mater à successionē legitima liberorum pertaci-  
tam pupillarem remoueri non possit. dd. in l. precibus. C. de  
impub. substit. c. si pater. de testam. in 6. ita etiā in fideicom-  
missaria substitutione, eā non aliter quām expresse excludi.  
Sed hoc eius dictum adaptandum est non ad eos, quorum  
consilio in confiendo testamento usus est, sed potiū ad

267. concinnatores litiū, † quos effugere voluit testator. de quib.  
in l. nec quicquam. §. circa aduocatos. ff. de offic. procons.

Alex.

- Alex. ab Alex. genial. diet. lib. 4. cap. 15. in princip. His enim  
promptum erat obiicere, nō solūm id, quod de confusionē  
tacitē & pupillaris substitutionis modō dictum est, sed etiam  
268. multa similia, scilicet, † quod statutū priuans matrē ab omni  
successione, nō propterea videatur eam priuare à legitima.  
perea, quę congregat Tiraq. in tract. de primogen. q. 55. nu. 8.  
& seqq. & ita consuluisse Collegium Perusinum, referunt  
Cataldinus de Boncompagnis, & Franc. Maria Plotus inter  
269. consilia vlt. voluntatū, con. 113. nu. 21. † Item q. filius, nisi ex-  
pressim renunciet legitimę, eidē per generalia verba renun-  
ciasse nō videatur. l. si quando. §. generaliter. C. de inoff. test.  
270. Similiter † licet testator generalib. verbis omnē totamq; hē-  
reditatem restitui iubeat: nō tamen videatur detractionem  
Trebell. prohibuisse. l. si totā. & l. Lucius. §. hæres institutus.  
& l. si hæres ab eo. ff. ad Trebell. Rom. con. 32. nu. 10. Deniq;  
similiā casui nostro questionem pponit Alb. Brunus in d.  
271. suo tract. art. 6. membro 3. q. 7. vbi deciditur, † quōd statutum  
vocans inuicem ad successionem fratrem & sororem, non  
excludat matrē. Quarē istas oēs captiones puertere volens  
testator, exclusionem parentum tā à legitima successionē,  
quām à consuetudinaria diuisione, disertis verbis adiecit, vt  
certi sint parentes, q. sicut nō habeant legis, ita etiā eos non  
habere voluntatē testatis. Quæ duo si cōcurrant, efficaciter  
stringere, & omnē occasionē aliquid sibi indulgendi, paren-  
tibus penitus auferre, cōsiderat Emanuel Costa in d. c. si pa-  
ter. in 2. parte, verb. Superstite matre. nu. 12. in fine. de testa.  
in 6. Itaq; exclusio illa à legitima, potiū non necessaria, quā  
272. superflua dicenda esset: † cùm permagna sit differentia in-  
ter non necessarium, vtile, & superfluum. i. r. & toto tit. ff. de  
impens. in reb. dot. factis. quod eruditè tradit. doctissimus  
ille Marius Salomon: in l. Gallus. §. quidā reētē. fol. mihi 17.  
273. ff. delib. & posth. concludens cum Iurecons. † commodissi-  
mum semper fore, nominatim inseri, quæ tacitē possent  
subau-

subaudiri, cùm nullum vtile sit superfluum. I. stipulationes commodissimū. ff. de verb. obl. quem textum in hanc etiam sententiam allegat Molin. consil. i. num. 24. & ita videbatur quoque Labeoni Iurisc. prætorem eandem causam sequūtum, voluisse etiam specialiter de ea re loqui. Ea enim quæ notabiliter fiant, nisi specialiter notentur, videri quasi neglecta. quæ verba refert Vlpianus in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur.

**N**O STRA verò exclusio, saltem quantum ad secundum caput, diuisionis nimirum consuetudinariæ, attinet, vel maximè operatur, neque species est tacitæ exclusionis in substitutione comprehensæ. Igitur ex vna rationum, quarum duæ sunt, inefficax conficitur argumentum, per suprà allegata in fundamento 6. & quæ colligit Tiraq. in l. si vna quatin. in verb. libertis. nu. 72. vts. propterea quenisi vtraq; concurrat. C. dereuoc. donat.

**C**ONSILIVM Baldi, quod sub nu. 457. lib. i. allegatur, ego sub illo numero non habeo, itaque inuenire non potui. Verùm vt ut sit, contrarium directè consuluit Corneus 274. d. con. 67. lib. i. videlicet si in statuto præmittatur clausula generalis, quam sequatur specialis, maximè per verba N E C D E B E T (prout in nostro casu) tum non limitari generalitatem, per doctrinam Bartoli ab omnibus approbatam in d. l. quæsum. §. fin. ff. defund. instruct. quod suprà in l. fundamento tractauimus.

**S**EXTA & vltima quoq; obiectio ad nos non pertinet, quasi expressio vnius casus, restringat generalitatem plurimorum casuū, quando tales casus sub genere comprehensi diuersam rationem habeant. Castren. con. 333. vol. 2. cū aliis à D. Consulente nu. 65. allegatis. Nam concessa hac maiori propositione, tamen minor deficit, cùm non alia subfit ratio excludendi fratrem, quām pronepotes testatoris. Vnica enim ratio est excludendi omnes, nimirum vocatio alterius.

d.l.

d. l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de leg. i. l. si inter me & te. ff. de except. reiiud. Et hanc rationem plerunque metimus ex dilectione, qua testator vnamquamque personam proscutus est. l. Publius. §. fin. & l. non ad ea. ff. de cond. & demon. cum aliis concordantiis. Hoc verò ordine charitatis & affectionis quām longè Marci liberi cedant ipfi D. Magdalene, vtpotè testatori proximiori, & nominatim, verbisque naturalibus certum gradum designantibus in legato, & postea in substitutione, vocatæ, deniq; etiam tempore testamenti, mortis testatoris & euénientis cōditionis existēti, suprà nu.

276. 154. luculenter demonstrauimus. † Diuersificare autem casum, & non reddere rationē diuersitatis, dicit Craueta non esse bonā responsionem con. 187. nu. 2. idem de antiqu. temp. part. i. nu. 37. Iason in l. creditori. nu. 7. & 8. ff. de nou. op. nūc.

**Q**UE M A D M O D V M autē copula, ē t, posita inter vtrāq; dispositionē, scilicet inclusionis & exclusionis, de sui natura non admittit restrictionem præcedentis reciprocæ, suffragantibus maximè aliis etiam circumstantiis, de quibus iam

277. dictum est: ita etiā eadem † copula, ē t, nequaquā in nostro casu hunc effectum habet, quem ex ea deducit, & tertio loco infert D. Consulens, vt repetat qualitates & conditiones vtriusque orationis, ita quod conditio, si sine liberis &c. quæ necessariò inest exclusioni parentū, repeti debeat in prædenti substitutione reciprocæ, vt æqualis sit copulatiuè iunctorum determinatio. Igitur cùm non potuerit dari casus exclusionis parentū, nisi liberi ipsorum sine liberis decessissent: sic etiam non extitisse casum substitutionis, cùm Marcus, cui substitutū est, liberos reliquerit. citatl. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instruct. & Bar. in l. i. ff. de his qui not. infam. Bald. in l. vlt. C. de intell. omn. iud. & in l. cum quidam. nu. 9. C. de impub. & al. substit. Tu adde textum in l. si hæredi plures. ff. de condi. & demon. & in §. pen. Instit. de hæred. instit. gl. & Canonistas in c. ex parte. extra. de rescript.

Q

Hæc

- Hæc tertia illatio sumpta ab exclusione parentum, in qua D. Consulens multum confidit, utrobiq; vitiosa est, scilicet, tam ratione consequentis, quam antecedentis.
- 278.** PRIMO enim † non valet consequentia, quando oppositum consequentis potest stare cum veritate antecedentis. I. non hoc. C. unde cognati. c. in præsentia. ext. de probat. Nicol. Euerard. in loco à separatis, sub finem. Data itaque, non concessa veritate antecedentis, & quod vigore coniunctionis ita parificentur exclusio, & inclusio, ut omnes conditiones comprehensæ in exclusione insint quoquè ipsi reciprocæ: tamen seruato eodem antecedenti, non minus ex altero capite exclusionis à diuisione consuetudinaria, ad conditionem, si cum liberis, inferemus, quam aduersarij ex alio capite exclusionis à legitima, ad conditionē, si sine &c. argumentari poterunt. p ea quæ suprà nu. 226. & nu. 252. clara reddidimus. Ita respondet etiā Zasius in Apologia cōtra. D. Io. Eccium, nu. 6. vbi eundē Eccium pari modo vitiosè concludentem remittit ad scholā Ciceronis in 2. Rhetoricorū.
- AD demonstrandū verò, quod antecedens quoq; in hac facti specie verificari nequeat, examinandæ sunt duæ principales regulæ, quæ à dd. ex natura copulæ ET, colliguntur, maximè à Canonistis in c. ex parte. vbi Abbas, Fely. Ripa & Decius, ext. de rescript. Nicol. Euerar. in loco 109. qui plura ibi axiomata coniunctiuorum tradunt, nec non repetentes in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. & in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad S. C. Trebell. Quarum duo potissimū, ut iam diximus, ad nostram controversiam faciunt.
- PRIMA conclusio dd. cui maximè etiam inhæret D.
- 279.** Cōsulens, si habet, † quod ad veritatem copulæ requiratur concursus omnium copulatorum. d. l. si hæredi plures. ff. de hær. instit. & §. pen. Instit. eod. vbi Angelus. Vnde ex aduerso infertur, quandoquidem exclusio parentum & vocatio superstitum liberorum respectiū copulentur ad finem & effectum

effectum reciprocæ: igitur non posse dari casum reciprocæ, nisi quādo simul etiam locus sit exclusioni parentum: quod aliter non contingat, quam si liberi primi gradus sine liberis, decessissent. Hoc enim presuppositū conditionis, si sine &c. quod de sui natura inest exclusioni parentum, si non verificetur in substitutione reciproca, cessare dispositionē ipsius, secundū gl. celebre in l. mancipia. in verb. aduocandū. C. de seru. fug. allegat Rom. sing. 495. Hyp. de Mars. sing. 339. Tu adde Molin. in cō. Parif. §. 58. nu. 42. & §. 13. gl. 3. nu. 5. Fely. in c. nonnulli. nu. 34. §. amplia ista. ext. de rescrip. Socy. con. 44. vol. i. Qui omnes ex autoritate gl. hanc regulā constituunt,

**280.** † quoties simul cū eo, quod disponitur, aliud supponitur, nō habere locū dispositionē, quando nō sit locus presupposito.

SEDD. in hac materia multis vtuntur distinctionibus, præsertim Bart. in l. 1. ff. de his qui not. infam. & in l. si is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. Angel. Aretin. in §. pen. Instit. de hæred. instit. qui Bartolum ibi ab impugnatione Cumani defendit, sicuti etiam eius doctrinam approbatam esse dicit Iason in l. scire debemus. ff. de verb. oblig.

- LIMITATVR autem suprascripta regula ex mente eo-rundem scribentium, nec requiritur concursus copulato-rum, † quando dictio ET, posita est inter duas perfectas orationes, in quibus copula non seruat suam naturam, nec se habet copulatiū, vel repetitiū, sed continuatiū. ut per Bart. in d. l. si is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. & in l. r. ff. de iust. & iur. cum similib. citatis per Dec. & Ripā in d. c. ex parte. ext. de rescript. Alex. con. 117. vol. i. Parif. con. 38. & seq. vol. 2. &
- 282.** con. 87. vol. 3. Pasethus con. 139. num. 12. † Perfecta autem est oratio, si in unoquoq; capite diuersæ personæ exprimuntur. Ruin. con. 176. num. 8. vol. 2. Imò Alex. con. 66. num. 6. lib. 3. scribit, dictiōnem ET, quæ alioquin sua natura copulat ante-cedentiā cum sequentibus: tamen separare præcedentem clausulam à sequenti, & ob id qualitatē appositam in una

non censeri relatam vel repetitā in altera. Idem scripserunt Socyn. con. 22. nu. 2. lib. 3. Lud. Bolog. con. 74. col. 2. vers. & aduertendum. Alciatus respon. 96. num. 26. & communem esse dicunt iij, quos citat Bursatus con. 189. nu. 76.

**283.** I T E M copula non obtinet † solitam vim & efficaciam suam, quando vnum ex copulatis inest alteri, vt hīc, vbi exclusio necessariō inest inclusioni, & se respiciunt inuicem, vt species & genus. Itaque non procedit argumentum à copulatis, sed an species generi deroget, secundū Bart. in d. l. si is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. Aret. in §. pen. Instit. de her. instit. quod tangit etiam Aenyl. Ferretus, con. 4. num. 3. Felyn. in d. c. ex parte. nu. 22. vers. intellige primō. & ibi quoq; Dec. & Ripa, quinu. 53. tradit, quōd in dubio censemur copula illa apposita, maioris efficaciæ gratia. l. item apud Labeonem. §. tenetur hoc edictō. ff. de iniur. Hanc autem quēstionem, quando species generi deroget, in confutatione præcedentis secundæ illationis fusiūs tractauimus.

**284.** P R A E T E R EA † vt plurimūm particula, ET, copulat verbaliter tantūm, non realiter, quæ materia copiosè tractatur à add. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. & in rubr. de seruit. & aqua. & per gl. in tit. ff. de iur. & fact. ignor. vbi demonstrant, non licere per copulatam seruitutem aquæ cæteras seruitutes restringere, vel semper concursum iuris & facti ignorantiae

**285.** requirere. Idē etiā obtinet in materia † inclusionis vnius, & exclusionis alterius, veluti si statutū dicat: Extantib. fratrib. sorores non succedant. quod perindē est (secundū Bart. in d. l. 2. §. vidēdū. ff. ad Tertul. & in l. liberorū. col. pen. vers. pone exemplū. ff. de verb. signi.) ac si dicatur, fratres succedant, & sorores non, qui propriè est terminus noster: Tamē ex tanta multitudine scribentiū in illa materia exclusiua fœminarū, nemo eiusmodi argumentis vtitur, quasi sequens copulata exclusio sororū, generalitatem exclusionis, quæ vocationi fratrū ipso iure inest, restringat, vel quōd inclusio fratrū locum

locum non habeat, nisi in casu, quando sorores excludi possent, & quando concursus copulatorum adsit: sed potius ex eo resoluunt illam quēstionem, an inclusio respectiū se habeat ad exclusionem. Bald. in sepe allegata l. illam. C. de collat. quod deprehenditur ex causa finali, ad quam respexit disponens. vt sentit Io. de Anania. conf. 4. vers. circa verò secundum dubium. vbi Bologninus addit. Iason. in l. Lucius. nu. 18. ff. de vulg. Deinde an inclusio inducat præpostera- tionem graduum & correctionem iuris cōmuni, vt suprà in responsione ad primam illationem abundè diximus.

V N D E ex iisdem fundamentis facile etiam responde- tur ad regulam, quam tradit gl. in l. mancipia. C. de seru, fu- git. quę vult, † quōd cessante præsupposito dispositionis, ces- set etiam ipsa dispositio, quasi sint correspiciua, dispositio & præsuppositum, vt inquit Crauetta con. 230. Itaq; ex cor- respiciuis uno cessante, cessare & alterum. l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. cum similib. quam gl. in d. l. mancipia. ab omnibus receptam esse tradit insignis Menochius de re- cup. poss. remed. 9. num. 61.

S A P E autem iam demonstrauimus, testatorem fratriis sui liberos reciprocè substituisse, non in eum finem, vt pa- rentes excluderet, sed quia ipsis liberis primi gradus tale legatum integraliter acquisitum esse voluit. Quarè exclusio non est præsuppositum inclusionis. Imò procedit in nostro casu limitatio, quam ponit Felyn. ad d. regulam, in c. non- nulli. col. antepen. vers. sed contra. extra de rescript. quem refert & sequitur Curt. Iun. conf. 182. nu. 3. nimirum inspi- ciendum esse, an disponens voluerit comprehendere cer- tum aliquem casum qualificatum, necne. Hīc autem ex-clusio parentum non præsupponitur à testatore pro neces- saria qualitate ipsius vocationis, sed fauor & affectio erga personas nominatas & honoratas, vocationem illam induxit. Exclusio autem parentum apponitur per modum adie-  
tionis,

**286.** & sic non qualificat dispositionem. Potest enim esse & constare vocatio superstitionis, etiam si non contingat casus exclusionis paratum, puta, si ante obitum testatoris rediderentur incapaces, vel decederent parentes, aut simile aliquid. Deinde haec qualitas exclusionis alioquin tacite intereat, de qua materia infra post num. 298. verf. quinto & ultimo &c. & nu. 314. latius. Quarè iterum non habent locum notata in d. l. mancipia, sed intelligitur adiectio illa secundum naturam principalis dispositionis. Copiosè haec omnia colligit, valde integer & bonus Confusus Cephalus con. 5. num. 71. usque ad finem consilij.

**O S T E N S O** igitur, quod inclusio superstitionis fatrum & sororum, non requirat necessariò concursum exclusio-  
nis parentum, ut potè ad eius qualitatem non respiciens: vi-  
dendum porro erit, an altera illa proprietas, quam dd. co-  
**287.** pulæ attribuunt, in nostro casu locum habeat, † nempè, quod repetatur qualitates, & conditiones præcedentis copulati in sequenti, & è contra. Canonistæ in d. c. ex parte. vbi Ripanu. 46. extra de rescript. Et sic firmiter inferri pos-  
sit, conditionem, si sine liberis, tacite subintellectam in ex-  
clusione parentum à legitima, repeti quoq; debere in præ-  
cedenti substitutione reciproca, quæ sequenti exclusioni parentum per copulam, E. T., annexa est.

**V E R V M** eiusmodi repetitio, in præsenti dispositione multi nominibus repugnat regulis & interpretationi iuris communis.

**P R I M O** enim conditio illa, Si sine liberis, tacite tan-  
tum inest, nec expressè apponitur exclusioni parentum à  
legitima: itaque in dispositione reciprocæ repeti non po-  
test, exemplo statuti, vbi licet expressum in uno capite, vi-  
deatur aliquando repetitum in alio. vt per gl. in §. item la-  
pilli. in verb. inuentoris. Instit. de rendiuis. l. quemadmodum.  
**288.** §. fin. vbi gl. ff. adl. Aquil, † tamen ea quæ non sunt expressa,  
sed

sed subaudita, non repetuntur. Bald. in l. 1. per glossa. ibi. in princ. in verb. si quis. in lectura antiqua. quem Alex. ibi refert & sequitur. ff. quod quisquæ iuris. & facit quod notat Bartol. in l. fin. in princ. ff. de leg. 2. Dec. conf. 353. num. 4. & con. 416. nu. 14. & in c. secundò requiritis. in fine. extra de ap-  
pel. † Ratio est, quia Fictio non recipit extensionem actiue.

**289.** Hoce est, ut extendatur ad alia, Barto. in l. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. Et tacitum ex alio tacito frustrè inducitur. arg. l. 1. ff. de vñfr. leg. Dec. in l. 1. C. de pact. sicut etiam seruitus seruitutis esse non potest. Angusolalib. 6. conf. 65. num. 10.

**290.** † Pari modo, quamvis expressum aliquando extendatur, nunquam tamen extenditur tacitum gl. notabilis in Clem. sèpè. in verb. partibus. ad finem, de verb. signif. Tiraq. de ll. connubial. gl. 7. num. 50.

**S E C U N D O**, quemadmodum in duabus orationibus perfectis non habet locum regula, quod species generi de-

**291.** roget, sicuti supra nume. 282. audiuimus: † ita etiam non repetuntur vnius orationis perfectæ qualitates & condi-  
tiones in alia itidem perfecta, etiam si tales orationes con-  
iungerentur per verbum repetituum **I T E M**, quod æqui-  
paratur copulæ **E T.** Ruin. consil. 176. vol. 2. Tales enim  
dictiones, inter duas perfectas orationes positæ, inducunt simplicem tantum sermonis continuationem. Bart. in l. in  
repetendis. per illum text. ff. de leg. 3. & in l. 1. in princ. ff. de  
publican. diffusè in l. Seiæ. §. Caio. versic. secundo casu. &

**292.** ante nu. 6. ff. de fund. instruct. Quia † perfecto nihil subau-  
diendū est: sed imperfecta sunt illa, quæ supplenda sunt, per  
tacitam repetitionem. Bald. in con. 132. proponitur ad fin.  
lib. 5. Quando autem una oratio indiget adminiculo alte-  
rius propter imperfectionem, tunc inducitur tacita & in-  
terpretativa repetitio. idem Bald. in con. 58. nu. 1. li. 2. quam  
quidem limitatiōnem & exclusionem repetitionis, egregie  
expli-

293. explicat Molin. in consuet. Paris. §.37. glos. 1. † Idem obtinet in dictione, Hoc amplius (licet aliás plerunque sit repetitiua. l. si tibi pure. vbi glos. & Bart. ff. de legat. 3.) nihilominus si est postposita orationi perfecta, non repetit qualitates positas in præcedenti oratione, vel è contra. secundum communem opinionem dd. quos recenset, & ab eorū conclusione non esse recedendum scribit Zanchus in repet. d. I. hæredes mei. §. cum ita. parte 10. nu. 9. ff. ad Trebell. Idem firmat etiam Dilectus Durant. de arte testandi. tit. de legatis. cautel. 58. quam regulā multis rationibus exornat Menoch. conf. 177. nu. 13. & Bursatus d. conf. 189. nu. 70. Perfecta autem oratio ea est, secundum Bald. inl. 1. §. is itaque. col. 2. C. de cad. toll. quæ per se stare potest, nec habet necesse mutuare aliquid ab oratione annexa. Socyn. Jun. con. 77. nu. 32. vers. & decisio. lib. 3. sicuti hic manifestè constat ex ipsa lectione testamenti, quod substitutio reciproca habet suum peculiare subiectum & prædicatum, & similiiter quoque exclusio patentum. ita in terminis Ruin. conf. 176. ante nu. 9. vers. & ideo Alexander &c. vol. 2. Neq; vna dispositio ex alterius verbo principali regitur, sed utraque est categorica: vnde dictio copulativa non copulat, vel repetit, neque sensus, neque verba, cum quelibet oratio per se habeat constructionem propriam, ita ut alterius adminiculo non indigeat, quod clare prosequitur Neuizanus conf.
295. 72. num. 10. & 31. † Etho est, quod dicit Bart. in d. §. Caio. aliquando ex præsumpta mente testatoris admitti repetitionem qualitatum & conditionum, etiam si copula inter diuersas orationes esset posita, nimis quando alioquin inutilis redderetur, si in ea repetitio conditionum prioris vel sequentis orationis non fieret. quod sequitur Alex. con. 47. nu. 3. vol. 5. Nostra autem substitutio proprio Marte militat, & ut valeat, nulla indiget subauditione conditionis, si sine &c. Imò sunt perfecta ambæ orationes, tam ratione rei,

rei, quæ ratione verbi, & demum etiam ratione personarum, sicuti requirit Ruin. d. confil. 176. vol. 2. & quamplures alios in hanc sententiam allegat insignis Menochius confil. 111. num. 34. & Bursatus, qui communem esse scribit d. confil. 189.

296. TERTIO accedit, quod tacita conditio, si sine &c. † quæ in separata illa oratione exclusionis parentū ex dispositione legis, absquæ vlla alia expressione testatoris subauditur. d. Auth. in successione. C. de suis & legit. in persona parētū necessariò operatur, quæ si repeteretur in dispositione reciprocæ, certè substitutos inuicē superstites fratres & sorores non ex necessitate legis, sed voluntate testatoris remoueret, & sic disformiter & dissimili modo parētes & substituti excluderentur: † hi per conditionem voluntariam, illi vero per necessariam, quæ quidem longè inter se distant. l. in illa stipulatione si Calendis. & in l. impossibilis. ff. de verb. oblig. quarè meritò cessare debet repetitio. per text. in l. fin. §. Seio. vbi Bart. ff. de leg. 2. & idem inl. Seiæ. §. Gaio. ff. de fund. instruct. & in conf. 49. vol. 2. In hoc autem casu dissimilium conditionem, voluntatiæ scilicet & necessariæ, scribentes de vna ad aliam repetitionem non admittunt, Alex. confil. 158. vol. 6. Socyn. in sape allegato. §. cum ita. num. 27. Ruin. confil. 176. vol. 2. Crotus conf. 353. num. 6. lib. 3. Socyn. Jun. confil. 128. num. 252. lib. 1. Et quamvis aliqui dd. conditionum repetitionem concedant, quandò tantum differunt specie, ut voluntaria & necessaria, modo ne distent in genere, sicut casualis & potestatiua, ita sentit Aretin. confil. 1. Iason conf. 79. vol. 3. Socyn. in l. fin. ff. de reb. dub. fatentur tamen, si in vna dispositione exprimatur conditio, quæ eidem tacitè inerat, tunc eam non repeti in alia dispositione. per text. in l. quod si in diem. §. 1. vbi Bartol. ff. de cond. & dem. Decius confil. 190. Concurrentibus igitur istis duabus qualitatibus, quod operatio esset futura

difformis, & quod expressa illa conditio, quæ alibi repetenda esset, alioquin orationi, vbi exprimitur, inerat: tunc nullum superest dubium, quin repetitio cesseret, quod aptè firmat Imola post Rayn. in l. Iulius Paulus. ff. de cond. & demonstr. vbi declarat text. in d. §. Seio. Ita etiam ambas istas qualitates simul considerat & coniungit Alex. d. consil. 158. Rom. consil. 134. in ultimo dubio, & consil. 56. nec non in sing. 237. & vbiq; ad hoc allegat textum in l. si in diem. §. i. aliás. l. feruo libertatem. ff. de cond. & demon. quem citat etiam Iason in l. si ita quis promiserit. in princip. versic. secunda ratio decidendi. ff. de verb. oblig. Deniq; hoc sentiunt communiter omnes, quos adducit Zanchus in rep. d. §. cum ita. parte 10. num. 85.

**L**O Q V Y N T V R autem præcitatid. in casu, quo tacitè alioquin subintellecta conditio à testatore etiam esset expressa. Nos verò in longè fortioribus sumus terminis, vbi conditio, si sine &c. quæ tacitè continetur in exclusione parentum, nō est à testatore expressa. Quomodo igitur repeti poterit, cum nō entis nullæ sint qualitates? l. eius qui in provincia. ff. si cert. pet. Ita fatetur verum esse Menoch. cō. 117. nu. 74. & nos suprà proximè nu. 288. & seq. de eiusmodi inductione conditionis tacitæ, ab alia tacita, nec tamen expressa, abundè diximus.

**298.** **Q**UARTO, † conditio illa, si sine &c. tacitè comprehen- ditur in exclusione parentum de iure communi. d. Auth. in successione, C. de suis & legit. Substitutioni autem reciproce, si illic repeteretur, inesset contra regulas iuris, cum decisio textus in l. cum auus. ff. de cond. & demon. de subau- ditione conditionis, si sine &c. alioquin sit à iure exorbi- tans, pere ea, quæ suprà num. 110. vberrimè adduximus. Et te- statur hoc etiam Emanuel Costa in c. si pater. prima parte. in verb. si absquè liberis, nu. 7. extrà de testam. lib. 6. Quarè iterum excluditur repetitio ex doctrina Bartoli in l. 4. §. erit.

erit. ff. vi bonor. raptor. & per c. causam quæ, extrà de re- script. Alex. consil. 42. num. 6. vol. 3. Ruin. consil. 106. antè numerum 6. vol. 2. Socyn. Iun. conf. 77. nu. 32. vol. 3. qui tra- dunt non posse extendi conditionem, seu qualitatem ali- quam ab illo capite, vbi conformis est iuri cōmuni ad aliud caput, vbi repugnaret.

**Q**VINTO & vltimò rectè dicitur, non solum ea, quæ in expressa exclusione parentum tacitè comprehenduntur, nihil operari: sed etiam illam ipsam exclusionem parentum planè sine effectu & operatione esse, ita, vt nullā penitus ar- gumentandi rationem aduersariis præbere possit. pertex. in l. 3. & l. talis scriptura. ff. de leg. i. l. non rectè. C. de fidei usl. l. si arrogator. ff. de adopt. l. vnum ex familia. §. i. in princ. ff. de leg. 2. l. quæ situm. §. fin. ff. de distract. pign.

**Q**VAM regulam magno studio pertractant & excuti- unt, tam veteres, quam recentiores, in d. l. 3. ff. de leg. i. vbi Socyn. Iun. scribit, se non posse eam legem explicare illis, super quorum libris digito scribi possit: & ex mente Bartoli in eadem lege distinguunt, an aliquid dispositiūè exprima- tur, quod aut de necessitate, aut verò ex voluntate testatoris

**299.** inerat. † In quo posteriori capite constituit Barto. regulam, affirmatiuam scilicet expressionem aliquid operari, quem pleriq; sequuntur. Sed veteres dd. Dynus, Oldr. & Alberti- cus in l. liber homo. §. decem. ff. de verb. oblig. cōtrarium, & quod eiusmodi expressio nihil operetur, censuerunt, quos refert, eorundemq; sententiam approbat Alciatus in d. l. 3. nu. 21. Idem concludit ibi Io. Bolognetus nu. 168. Porrò il- lud dicitur inesse ex voluntate, non ex necessitate, quando testator de eo, quod exprimit, potuit aliter disponere, ita colligitur ex solutione Bartoli, ad allegatam in contrarium legem, quæ incipit: Talis scriptura. ff. de leg. i. iunctis iis, quæ scribit postea. q. i. versic. præterea illud, dum loquitur de arbitrio. & sentit Aretin, in d. l. 3. & Socyn, ibidem in 2.

conclusionē. Parisius, qui hos adducit in eadem l.3. nu. 38. Vnde manifestum fit, exclusionem parentum, quæ reciprocæ substitutioni alterius gradus, superstitem fratribus nimirum & sororum, tacitè inerat, ortum ex voluntate testatoris habuisse: quandoquidem eam testator, aliud postea exprimendo, omnino tollere potuit. Aduertendum tamen est, secundūm Paris. in d. l.3. nu. 39. quod talis exclusio non solū inest reciprocæ ex voluntate tacita, sed etiam ex natura actus, quem substituendo gessit testator. † Nam qui defuncto legatario me in reliquo succedere voluit, ex necessaria consequentia te in eo non admisit, s̄epe alleg. l. quod in rerū. §. si quis post. ff. de leg. l. l. i. ff. de offic. eius. l. normam. 300. ff. de offic. præf. prætor. † In quo casu, scilicet, cum ex natura actus aliquid inest, nemo dubitat, quin expressio eius nihil operetur: quia tunc expressum non differt à tacito. Ruin. in d.l.3. num. 47, qui dicit id esse de mente Imolæ & Socyni, ibidem. Et ex hoc fundamento sumitur decisio. l. non rete. C. de fidei usq. ita interpretatur Alex. in d.l.3. ante nu. 12. Socyn. in 3. conclus. Certamen autem dd. cuius paulò ante num. 299, meminimus, versatur circa materiam d.l. talis scriptura. ff. de leg. i. vbi aliqui tacitum illud ex voluntate testatoris, alij ex dispositione legis (sicut in l. fin. C. de instit. & substit. iuncta l. precibus. C. de impuber. & aliis substit.) inesse contendunt.

M A N E T igitur firma, & à nemine reprobata conclusio, expressionem eius, quod ex voluntate testatoris, & simul etiam ex natura actus, quem gessit, inest, nullam habe-

302. re operationē. † Tacitum enim ex natura actus pro expresso est. l. interdum. ff. de verb. oblig. & operatur idem, quod expressum. l. cum quid. ff. si cert. pet. Sed exclusio parentum, alioquin in substitutione reciproca, ex natura illius actus inueniebatur. Ergo expressionem eius sine effectu esse recte dicimus.

303. L I M I T A N T autem hanc regulā dd. in d.l.3. † quandō id quod inest, aliter exprimitur, quām tacitè comprehendatur. In ea enim parte, vbi alio modo effertur, suum peculiarem habet effectum. l. si stipulatus. vbi Bartol. ff. de vsur.
304. Et exprimitur taliquandō quidpiam, partim eo modo, quo inest, partim alio modo. l. si Titio. in fine. ff. quando dies vsusfr. leg. ced. Bald. & Imolain d.l.3. sicuti hīc fecisse testatorem appetet. Primò enim exclusit parentes à legitima defuncti alicuius ex liberis, nimirum sī ea ex legato petenda esset: quæ exclusio ex natura actus, vt antea nu. 301. diximus, substitutioni reciprocæ pari modo inerat. Inclusio enim vnius est exclusio alterius, p̄ allegata paulò ante. Cui postea subiiciuntur illa verba, Noch von solcher geschickter haupts summa einicherley fähig sein/ noch begern sollen/ id est, Nec talis legatæ summæ vlo modo capaces esse, vel petere eam debere. † Quod vocabulum, VILLAM, comprehendit plura indiuidua. ita notat Io. Bolognetus in l. emancipata. nu. 27. C. qui admitti. sicut dicitur de dictione V T E R Q U E & A L L E T E R V T E R. vt not. in §. non solū. 2. Institut. per quas pers. nob. acq. & l. 3. ff. rerum amot. & per Barto. in l. hoc articulo. ff. de hæred. instit. Efficacius autem est verbum *einscherley*/ quo vtitur testator. Nā verbum *lay*/additum dictioni *einsch*/ vel *manich*/ denotat qualitatem. & sic est sensus, quemadmodum etiam suprà num. 252. & seqq. notauiimus, quod parentes ex isto legato nequè legitimam deducere, nequè villa ex parte vel qualitate, eius capaces esse, seu aliquid petere debeant. Itaq; quemadmodū prior pars remouet parentes à successione hæreditaria in illo legato: ita posterior clausula parentibus obstat, ne per contractus inter viuos, scilicet ex donatione, vel diuisione consuetudinaria, aut vlo alio (intellige permisso modo) quicquam ex legata pecunia ad parentes peruenire possit, sed tota & integra substitutis cedere debeat. Hæc secunda pars exclusionis non ita plenè.

substitutioni inerat. Quicquid autem de ea sit, prior certè, non aliter exprimitur, vel latius patet, quām sua vi & potestate ipsa dispositio reciprocæ in se contineat. Nequè intertranquè exclusionem parentum, tacitam nimirum, quæ comprehensa est in reciproca, & expressam, alia est differentia, nisi quòd illa sumatur ex ratione argumentandi à contrario sensu, expressa verò directò proueniat à voluntate testatoris, vndè nihil aliud operatur, nisi quòd declarat, mentem & voluntatem testatoris eandem fuisse, quæ substitutioni ex naturali interpretatione alioquin inerat.

**V E H E M E N T E R** quidē eruditissimus D. Vvesenbecius qui solus ex subscriptib. animaduertit, regulā, quæ ex hac 305. sumitur, q̄ maximè ipsorum intentioni obstante) laborat, vt in sua subscriptione nu.38. ostendat, exclusionem parentū principaliter & priore loco expressam, & indè consequens esse, quòd diuersa ratiōe & alio successionis gradu, & ordine insit, quām exprimatur. Hoc vndè hauriat, ego non video, neq; ipse allegat, vel aliás perspicuè explicat. Certè si veritatē 306. inhættere volumus († quæ nimia subtilitate deleri, vel cōfundi non debet. l.inreb. C.de iur. dot. & per quam plerunquè perniciose erratur. l.si seruum. §. sequitur. ff.de verb. oblig.) tunc apertè ex lectione testamēti apparebit, quemadmodū vigore reciprocæ substitutionis, defuncti legatarij liberi per prius, & iis nō extantib. parentes eorundē legatariorum per posterius, & vtriq; tacitè excluduntur. Ita eodē ordine successionis posteriorē expressā parentū, p̄cedit tacita liberorū in substitutione cōprehensa exclusio. Sed audiamus ipsum D. Vvesenbeciū loquentē, q̄ nu.41. talē esse dicit differentiā:

**E F F E C T U S**, inquit, tacitæ parentum exclusionis in reciprocā est, vt quemadmodum succedere possent, si nulli superessent liberi: ita etiam excludantur si liberi non sint.

**E X P R E S S A** autem exclusionis effectus est, vt locum habeat, si nō sint liberi, qui ante ipsos succedat. &c. Hac ille. dūl. & R.

LYNCEVM

**L Y N C E V M** certè esse oportet, qui hīc vllum discrimen videat. Nam hic posterior effectus planè vnum idemque est cum priori, tacitæ nimirum exclusionis, quandoquidem & illa quoq; locum habere dici non possit, si adsunt liberi, qui parentib. in successione preferantur. Vtrobijq; enim, scilicet nec ex tacita mente, nec per expressam voluntatem testatoris, in eo casu exclusus esse dici potest, ad quem successio, secundum contingentiam facti, aliās de iure non pertinet;

307. semper enim priuatio † præsupponit habitum. l.decē. ff.de verb. oblig. l.manumissionis.vbi Caſtreñ. ff.de iūſtic. & iure,

308. Deniq; † in casu quoquè, vbi dubitatur, an alio modo quid expressum sit, quām generaliter & tacitè in dispositione cōtinetur, nihilominus tamen nullam operationem habet eiusmodi expressio. secundum Bal. in l. vnica. §. videamus. C.de rei vxo.a&t. Ruin.con.114. nu.3.vol.4. Cephal.con.158. nu.33.38. & seq. Bursatus.con.32.nu.61.

Nec conuenit casui nostro (sicuti vult insignis D. Vvesenbecius) doctrina Imolæ in d.l.3. vers. exemplū si testator &c., 309. quā clariū exponit Ruinus ibidem nu.41. † quòd aliquando expressio operetur respectu alicuius extrinseci, si appetit hoc fuisse de mente testantis. l.talis scriptura. ff.de leg.1. Nā respondemus cum gl.ibi: in verbo, præsentि die &c. hīc nihil fuisse extrinsecus dictum vel consideratum, sicuti continebatur in casu l.talis scriptura. vbi testator præter substitutionalia legati, etiam quod ad diem solutionis attinet, inter legatarios discrimen fecerat. Sed expressio exclusionis parentum non est extrinseca, cum habeat conformitatem cum reciproca, & ab ea ex natura actus dependeat, sicuti eleganter explicat August. Beroius cōn.128.num.7.vol.2. & Cachernus Pedem:decif.146.in princ. Imō etiam si extrinsecus adiectam fuisse dici posset, tamen per text. in d.l.talis scriptura. eiusmodi expressiones, quantum ad vim & effectum legati pertinet, superuacue censemur. quod loco citato tradit quoq;

quoq; Imola & omnes. Tantum igitur abest, quòd eius dicta pro aduersariis faciant, vt etiam ipsorum assertionem direc-  
tò oppugnent: quandoquidem mediante expressione ex-  
clusionis, non de extrinseco aliquo subintelligendo (qualia  
310. sunt ea, t̄ quæ non ex testamento veniunt, nec legata condi-  
tionalia faciunt. l. conditions extrinsecus. ff. de cond. & de-  
monstr.) sed de alterando & inuertendo effectu ipsius recip-  
rocæ frustrà contendant. contra tex. in l. non rectè. C. de  
311. fideiuss. per quem tex. omnes concludunt, t̄ expressionem  
eius, quod ex voluntate testatoris, & simul ex natura actus  
gesti tacitè inerat, dispositionē principalem legati nouare,  
vel minuere nequaquam posse. l. liber homo. §. decem. ff. de  
verb. oblig.

O P E R A T V R tamen dispositio illa, quòd de ea iudicari  
debeat, tanquam de exclusione expressa, non autem tacita,  
quia omnes effectus expressæ dispositionis assequitur. secū-  
dum Bartolum, Socyn. Iasonem, Ripam, Torniellum, Ioh.  
Bolog. Socy. Iun. & omnes in d.l.3. Non tamen ullum alium  
nouum effectum producit eiusmodi expressio. l. si Titio. ff.  
quando dies leg. ced. Ruinus in l. si Stichum. numer. 35. ff.  
de leg. 1.

O P E R A T V R deinde expressio, quando aliquid tacitè  
inest, ex præsumpta tantùm, eaqué dubia voluntate testato-  
ris, quam lex ita interpretatur. secundum Alex. in d.l.3. nu.  
312. 21. t̄ sicut in casu tacitè pupillaris, que, interpretante sic lege,  
videtur vulgari inesse. l. fin. C. de instit. & substit. i.ūcta l. pre-  
cibus. C. de impub. & al. substit. Hæc enim tanquam valde du-  
bia (sicut animaduertit Bolog. in d.l.3. nu. 172.) non excludit  
matrem, nisi exprimatur. Et in hac tantum specie, quando  
aliquid tacitè, præsumptiuè tamen inest, expressionem rite  
fieri putat D. VVesenbecius, nu. 23. Sed quorsum pertine-  
ret decisio textus in d.l.3. & in d.l. non rectè. & in l. stipulatio-  
nes commodissimum. ff. de verb. oblig. cum similibus, qui  
omnes

omnes loquuntur in casibus, quando aliquid dispositioni  
313. non præsumptiuè, sed verè, vel necessariò inest, & quòd to-  
lerari possit superfluitas, quandò id quod inest exprimitur.  
tradit Franc. Aret. in d.l. liber homo. §. decem. cuius memi-  
314. nit Ruin. con. 168. nu. 15. lib. 1. t̄ Cum non sit inconueniens,  
nequè absurdum illud exprimere, quod tacitè, & ex natura  
actus continetur. d.l. non rectè. & nos suprà. nu. 273. ex Ma-  
rio Salomonio latè probauimus. In quam etiam sententiam  
multa allegat Zanchus in rep. d. §. cum ita. parte 5. num. 10. &  
Ratio autem est, quia frequenter multa exprimuntur ad  
tollendas sophistications. secundum Purpuratum in l. Im-  
315. perium. num. 106. ff. de iurisdict. omn. iud. t̄ Nec videtur su-  
perfluum, quod clarius exprimitur. Io. Bolog. in l. fin. nu. 63.  
C. de pact. Tobias Nonius con. 7. nu. 4.

T E R T I O , etiam si concedere vellemus, expressionem  
exclusionis parentum aliquem effectum habere posse: ta-  
men cum manifestè in fauorem substitutorum apposita sit,  
vtiquè commodum illorum, nequaquam autem damnum  
operari debere, quemadmodum supra hinc inde variis au-  
thoritatibus comprobauius, ita etiam ad d.l.3. omnes tra-  
dunt, præsertim Iason. num. 44. Paris. num. 50. Ruin. nu. 45.  
qui addit secundam hanc considerationem, & quod talis  
expressio legatario prodesse, non autem obesse possit, nul-  
lam fieri differentiam, an illud, quòd expressum est, tacitè  
in se voluntate, vel ex necessitate.

A D F E R V N T autem aduersarij in triplicis suis, quas po-  
stea, tanquam malè consarcinatas, in iudicio reuocârunt,  
316. t̄ decem alias conclusiones, quibus putant hanc regulam  
expugnari posse, & quod ea non obstante rectè dicatur, ex-  
clusionem parentum alioquin in reciproca contentam, ali-  
quem effectum habere, maximè autem illum, vt reliqua vis  
& potestas reciprocæ extincta, & ad hunc unicum casum  
exclusionis parentum à legitima, restricta esse videatur.

PRIMO dicunt, quandoquidem vocatio superstitionis, & exclusio aliarum personarum, ex sola voluntate testatoris descendat, hanc voluntatem non posse extendi ultra casum postea expressum: itaque operari illam expressionem, ut testator dispositioni suæ certum modū dedisse videatur: Sed hoc non pertinet illa obieccio, præsupponit enim operationē, de qua disputamus, & deinde infert, an exclusio expressa tanquam species, deroget tacite, & generali, quod suprà nu. 236. & multis seqq. iam refutauimus. Verum in praesentiā respondet exclusionem parentum comprehensam fuisse in reciproca, nō solū ex voluntate, sed etiam ex natura actus, quem testator reciprocè substituendo gessit. d.l. quandiu. ff. de reg. iur. & d.l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de leg. I. Itaque nullam illius esse operationem. Alex. in d.l. 3. ante num. 12. Socyn. in 3. conclusione. Paris. nu. 39. Verum tamen est, ostendere expressam illam exclusionem parentum, quod cum tacito actus gesti, concurrat etiam expressa voluntas disponentis. ita dd. in d.l. 3.

ALTERA sī habet: Quandoquidem per substitutionem reciprocā plures gradus, scilicet primò liberi Marci, posteā eius parentes, & sic deinceps suo ordine alij, exceptis substitutionis, excludebantur: itaq; parentum exclusionē expressam hunc effectum habere, vt vocatio superstitionis locum nō inueniat, nisi in terminis habilibus exclusionis, & sic quando Marcus sine liberis decessisset: cum exclusio illa parentum eque principaliter, ac vocatio superstitionis expressa sit. atg. ex-rū quæ scribit Rui. con. 40. nu. 17. vol. 2. & con. 114. nu. 5. vol. 4.

RES PONDEMV, non æquè principalem, sed accessoriā reciprocā substitutionis esse exclusionem parentum, pereat, quæ suprà num. 198. & aliquot seqq. & num. 234. clarissimè fundauimus.

DE INDE non illos tantum esse terminos habiles exclusionis parentum, si liberi ipsorum sine liberis decederent:

cum

cūm non solum à legitima, sed etiam à diuisione consuetudinaria & omni alio capacitatis iure exclusi fuerint: Qui casus etiam illo tempore euenire potuerunt, quādo filii Sebastiani nulos adhuc liberos suscepissent, licet postea reliqui liberis decederent.

POSTREM o insipida est hæc collectio, parentes exclusi non potuissent succedere ab intestato liberis, nisi sub conditione, si ipsi liberi sine &c. Ergo intuitu huius expressæ exclusionis, nec vocatus ex testamento sine illa conditione in legato succedit. Dupliciter enim peccat ista argumentatio:

319. † quia præsupponit id, de quo disputamus, scilicet an expressio istius exclusionis aliquid operetur. Deinde etiam si operationem haberet, attamen in ea tantū qualitate, qua succedunt parentes ab intestato: nequaquā autem in successione ex testamento, & in aliorum persona effectum producere posset, † cum separatorum separata sit ratio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. l. fin. ff. de calumni. cum similib. Et vnum determinabilium non determinet alterum, si cuti statim nu. 322. dicemus.

TERTIO putant expressionem exclusionis parentum, limitare regulam generalem, quæ sumitur ex l. iam hoc iure.

321. ff. de vulg. scilicet, quod † oratio determinās plura determinabilia, pariformiter omnia determinet: illā enim in contrarium sensum ita detorquendam, quod si plures casus, qui voluntariæ dispositionis sint, in aliqua oratione tacitè comprehendantur, & unus saltem exprimatur: tunc ex hac expressione reliquos casus dubiæ volūtatis effici. Respōdetur, limitationē d. regulę aliter non procedere, nisi quando manifestè apparet, quod testator ad certum aliquem casum se restrinxerit, dd. in d. l. iam hoc iure. prout habetur in casu Anchārani, con. 356. quæm inconuenienter ad nostrum propositum trahunt: ibi enim Anchārānus dicit, se antè omnia ponderare conditionem appositam, adiunctis illis verbis,

S 2 Tyc

- TUNC ET EO CASV.** Præsens autem exclusio parentum, de qua disputamus, non est conditionalis, scilicet quod extantibus parentib. substituti sint superstites fratres. sicuti considerant Alex. con. 185. nu. 19. vol. 2. & Ruin. con. 141. num. 12. vol. 3. Item Tib. Deci. con. 41. nu. 48. vol. 1. & antè eos Bal. in l. si defunctus. C. desuis & leg. nec adiectum fuit, quod tunc & eo casu succedat. Deinde vnum determinabilium, quale volunt esse exclusionem parentum, non potest exclusionem reliquarum personarum, quæ ex effectu vnius & eiusdem reciprocæ dependet, determinare: <sup>†</sup> Quia determinabilia vnius dispositionis se inuicem non determinant. sicuti tradit Bart. in l. prætor. §. si quis aduentu. ff. vibon. rapt. quam regulam perpetuam esse vult Iason in d. l. iam hoc iure. nu. 11.
- Ex qua doctrina Bartoli, resoluitur etiam quarta obiecitio, quæ eadem ferè est cum superiori, Nempe, si vna dispositio contineat plures effectus, quorum si diuersa sit ratio, tunc vno expresso, efficere illam expressionem, vt reliqui 323. omisi & exclusi esse censeantur. <sup>†</sup> cum expressum faciat cessare tacitum. l. cum ex filiof. §. 1. vbidd. ff. devulg. Dec. conf. 146. & Ruin. con. 74. nu. 11. vol. 1. Respondetur autem, quan-
324. doquidem <sup>†</sup> dispositio vocativa testatoris pro lege & regula habenda sit. l. verbis legis. ff. de verb. signi. §. disponat. in Authen. de nuptiis. Et ex substitutione fratrū superiuuentium regulariter omnes alij gradus excludantur. d. l. quod in rerum. §. si quis post. itaq; expressa exclusio vnius personæ, in aliis pro repetita, non omissa, haberi debet, Ita in terminis Bartol. in d. l. prætor. §. eritq; hæc differentia. vers. secundo casu principali, allegat l. regula. ibi: Et licet municipum in hac epistola mentio fiat, tamen in qualibet persona idem obseruabitur. ff. de iur. & fact. ign. Nechic vlla diuersitatis
325. ratio allegari potest, <sup>†</sup> Nam ex vna eademq; ratione principali, scilicet substitutione certi & designati alicuius gradus, reliqui omnes remouentur. l. prætor. ff. de iud. cum similib.

Dec.

- Dec. in d. conf. 546. quem inaduertenter contra se adducunt, vbi ait, totam vim argumenti consistere in vocatione, quæ sola sit ratio principalis. Sufficit igitur inclusio, vt inclusus cæteris præferatur, licet verba exclusionis cesserent, vti nunc saepius ex Baldo diximus. in l. dotalem. §. de viro. ff. sol. matriu. & idem Bald. in l. de quib. col. 12. vers. item 326. nota quod non dicitur. ff. de legib. tradit, <sup>†</sup> quod multa eandem habeant rationem, licet de vno fiat mentio, id fieri exempli causa, non vt dispositio restringatur solum ad expressa, vt suprà quoq; num. 207. diximus. Imò tantum abest, vt 327. expressio eius, quod aliás tacite inest, restringat, quod <sup>†</sup> etiā dispositionem magis dilatet, eamque ampliorem reddat, sicuti pulchrè probat doctissimus Tib. Dec. con. 35. nu. 45.
328. vol. 2. <sup>†</sup> Denique generale illud dictum, quod expressum cessare faciat tacitum, intelligitur in vno eodemque casu, non quando supersuntalij quoq; casus similes non expressi, sed necessariò subintellekti, ita dd. in d. l. cum ex filiof. §. 1. pulchrè. Aug. Beroius consil. 97. num. 12. vol. 2. Idem sentit Ruin. d. consil. 74. num. 11. vol. 1. quem non minùs, quam Decium, vt suprà, imprudenter adduxerunt: fatetur enim omissum non haberi pro omisso, quando id resultat ex alio expresso, sicuti hic exclusio omniū ab inclusione certi gradus, Nam æquè fortis ratio alios excludendi adhuc subsistit. sicuti considerat Molin. ad Dec. consil. 15. add. ultima.
329. <sup>†</sup> Quarè limitatur illa argumentatio ab expresso ad omissum, quando alia ratione id, quod non expressum est, necessariò includitur. sic Decius in c. secundo requirit. nu. 2. extrà de app. & ita ad contraria respondet Paris. con. 5. nu. 43. & conf. 52. nu. 20. 23. & 24. vol. 3. conf. 111. nu. 39. vol. 1. & rurus Decius con. 216. vbi tradit in eiusmodi casib. non habere relocum argumentum à contrario sensu, id est, ab expresso ad exclusionem taciti, sed potius procedere arg. à simili, allegat Bald. in l. apud antiquos. C. de furtis.

S 3

QVIN-

QVINTO, à toties & in omnibus ferè dispositionibus expressa exclusione parentum, duo colligunt aduersarij, sed absurdè. Primò enim inquiunt, inde resultare præsumptionem, quòd disponens reliquos effectus substitutionis non intellexerit. & solùm allegant text. in l. cum de lanio-nis. §. cui fundus, ff. de fund. instructo. Verum nihil tale ibi habetur, sed saltem, an species generi deroget, de quo suprà num. 236. cum seq. latè differuimus, & simul quoque ad hunc textum nu. 264. responsum fuit, sicuti etiam num.

330. 142. ostendimus, t̄ quandoquidem testator similiter in aliis substitutionibus, per adiectionem conditionis, si sine &c. hunc effectum exclusionis liberorum diligenter præcaue-rit, h̄c verò omiserit, Indè consequens esse, quòd non potuerit esse ignota ipsi vis & potestas inclusionis certi alicuius gradus, & quòd per eam omnes non nominati à legato remoueantur. l. sicut certi. cum l. seq. C. de test. mil. Itaque studiosè istam cautionem in hoc legato adhibere noluerit. l. vnicā. §. fin autem ad deficientis, C. de cad. toll. cum aliis cumulatis infrà num. 360.

- ALTERA aduersariorū collectio est, Quia testator tam diligenter omnibus substitutionibus exclusionē parentum subiecerit, ex eo ostendi enixam eius voluntatem, & quòd ad hunc tantum effectum substitutionis respexerit; quarè generalitatem illius vocationis restringi, & ad alios effectus extendi non debere: citant Rol. à Valle consil. 56. num. 21. vol. 3. qui loquitur, ubi extensio de persona ad personam facienda esset. H̄c autem exclusio cæterarum quoq; perso-narum, t̄ non est extensio, sed intrinseca comprehensio in-existens. l. ideo quia antiquiores. ibi: & semper quasi hoc legibus inesse credi oportet. ff. de legib. ita Molin. conf. 29. num. 8. & latè pbat Molin. in addit. ad Alex. cō. 162. vol. 2. ea,
332. t̄ q; enixā dicuntur, nō solere restringere dispositiones. Idē quoq; cōcludit Io. Bologn. in l. 2. nu. 145. ff. de verb. oblig.

SEXTO contendunt aduersarij, verba limitantia, quæ sunt posita in præfatione reciprocæ, ad exclusionem quoq; parentum pertinere, quarè taxatiua illam exclusionem non debere ad alias personas porrigi. Sed hoc falsum esse, ipsa verba testamenti manifestant, ita enim habent:

„ N A M si liberos reliquerit, tunc hi eo modo, vt dictum est, & subsequenter specificatè exprimetur, succedunto, „ Nempè, si quis ex liberis &c.

CONTINENTVR itaque verba illa taxatiua, in ipsis verbis dispositiuis & vocatiuis, & ostendunt enixam qui-dem voluntatem testatoris, sed intellige erga gradum ex-pressum nominatum & vocatum, quarè proculdubio alij, id est, Marci liberi, qui in hoc gradu non sunt, venire non possunt, prout suprà num. 20. & seqq. & 196. fusiùs hoc deduximus.

NEC debent eiusmodi dictiones taxatiuae, secundum veram interpretandi rationem, ad sequentem accessoriam exclusionem parentū referri, sed ad principalem dispositio-nem, iuxta doctrinam Bartoli in l. talis scripture. §. fin. ff. de leg. 1. cum aliis suprà nu. 196. ad hoc propositum allegatis, maximè cum dispositioni vocatiuae insertæ sint.

AD septimum argumentum itidem superiùs num. 198. responsio habetur, scilicet clausulam illam causalem, quę in secunda substitutione exclusioni parentum addita est, his verbis: Quia ipsa, vel ipsi nihil ex illo legato cōsequi debent; non respicere vocationem, sed exclusionem, itaq; nullum in vocatione effectum generare posse. Et quemadmodum in priori argumēto aduersarij verba taxatiua ipsi princi-pali dispositiōni apposita ad sequentem exclusionem, ita h̄ic rationem exclusioni adiectam ad præcedētem reciprocam, pr̄postero interpretādi genere trahūt, quòd aduersa-

333. riis ferè soleme est, t̄ Cūm tñ singula singulis sint adaptan-da, l. item veniunt. S. præter hæc. ibi: Adaptanda est igitur nobis

334. nobis singulis verbis Senatus consulti congruens interpre-  
tatio. ff. de pet. h̄et. Verūm vtvt se se res habeat, t̄ quādo qui-  
dem apposita illa causa (quia parentes nihil consequi de-  
beant) concernit solum commodum vocatorum, itaq̄e in  
illorum pr̄iudicium, cum sit impulsua tantūm, non fina-  
lis, retorqueri non debet. Bald. in l. damus. ff. de cond. in-  
deb. & in terminis nostris egregiè Daniel Landulphus in-  
ter consilia vlt. volū. con. 155. nu. 12. Quia nō quo minūs, sed  
quo magis substituti, integrum legatum consequantur, ex-  
pressa est exclusio parentum. l. 3. §. si emancipatus. ff. de  
Carbon. edict.

OCTAVÆ argumentationis certè pudenda est illatio,  
vbi fingunt, si testator Sebastiani filios reciprocè non sub-  
stituisse, nihilominus, cum ipsorum contemplatione pa-  
rentes fuerint exclusi, ex hac ipsa exclusione filios substitu-  
tos & parentes grauatos videri, per doctrinam Bartoli in l.  
2. §. videndum. ff. ad Tertul. quarè plus operari hoc expre-  
sum, quām tacitum. Interim tamen non animaduertunt, si  
substitutione facta non esset, tunc nullam futuram fuisse quæ-  
stionem, an parentes, vel alij tacitè excluderentur. Itaq̄e  
hunc casum fictitium non congruere regulæ nostre, sumptę  
ex l. 3. ff. de leg. 1. scilicet, an expressio eius, quod tacitè aliás  
inerat, quicquam operetur, sed potiūs disputatio oriebatur,  
an exclusio facta respectu filiorum, inducat eorumdem vo-  
cationem. de qua materia videndi sunt Io. de Anania consil.  
22. Alex. consil. 138. in fine. vol. 2. Alber. Brun. de exclus.  
fœm. 13. articul. princip. Ruin. consil. 87. num. 3. vol. 2. Paris.  
in l. Centurio. num. 46. & seq. ff. de vulg. Gratus consil. 3.  
num. 19. vol. 1. Balthasar Quintius inter consilia vltimarum  
volunt. consil. 177. nu. 118. Zanchus in d. §. cum ita parte 7.  
nume. 82.

No nō iterum, tanquām cramben bis coctam, in me-  
diū proferunt quæstionem illam, vbi à statuto, extante  
patruo,

patruo, excluditur mater, an soror quoq; vel alij gradus de-  
functo propinquiores, quām patruus, similiter excludātur.  
& negatiuē respondet Bald. in l. illam. C. de collatio. quem  
alij cōmuniter sequuntur. Nos autem istud exemplum ca-  
sui nostro nequaquam conuenire, suprā nu. 210. & aliquot  
seqq. eidēter ostendimus, nemp̄, vocationem superstítū  
non fuisse cōditionalem, vel respectiuam, sed absolutam, &  
simpliciter dispositiuam, quæ inter se differre tradit Baldus  
in l. si defunctus. C. de suis & leg.

ITEM in exemplo statuti, vocationem patrui, non nisi  
per rationem extensiūam, ad aliorum, quām nominatę ma-  
tris exclusionem produci potuisse, sed substitutione recipro-  
ca superstítū generaliter omnes sua vi & comprehensiū  
excludit. d. §. si quis post.

PRÆTEREA duplices h̄ic inueniūtur exclusiones, vna  
parentum, facta per expressam dispositionem testamenti:  
altera autē omnium aliorum graduum, quæ inducitur pro-  
pter testamentum factum. d. l. quamdiu. Castren. d. consil.  
286. vol. 1. In casu statuti autem vnicā aderat exclusio, nimi-  
rum matris, introducta per statutum, sed propter statutum  
nemo alijs excludebatur. Quia vocatio statuti conditio-  
nalis tantūm in suo casu contrario, expressæ scilicet exclu-  
sionis maternæ operabatur, secundūm Tib. Dec. consil. 47.  
num. 48. vol. 1.

PОСTREMO exclusio matris nō est inclusio liberorum  
Marci, nec per eam quisquam vocatur: multò minūs habe-  
ri potest pro exclusione substituti: t̄ igitur quod non tolli-  
tur, firmum remanet. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus.  
ad fin. C. de appell. & in Auth. de admi. off. §. fin.

IN decima & vltima oppositione arguunt exclusionem  
parentum non fuisse expressam dubitationis tollendæ gra-  
tia. Nam si testator cogitārit de liberis quoq; Marci, ppter  
factam substitutionē reciprocā, tacitè & priore loco ex-

T cluden-

cludendis, tunc nullam dubitationem superesse potuisse, quin parentes quoq; quorum posterior erat successio, eadem pari ratione, & tacitè satis exclusi essent, itaq; alia expressione vitandæ quæstionis causa opus non erat.

S E D ad id, quod de cogitatione testatoris ratione li-

337. berorum Marci adferunt, † respondetur, coniecturam illam, quòd si de nepotibus testator cogitasset, tales non fecisset substitutionem (de qua in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & subst.) ex confessione ipsorummet aduersariorum ad nostrum casum non pertinere, cum fundata sit in d.l. cum auus. ff. de cond. & dem. & in d.l. cum acutissimi. C. de fideicom. quarum ll. præsidio & decisione se non vti, in triplicis suis apertè protestantur. Neq; enim, cum de liberis transuersalium agitur, querere aut probare necesse est, quid de ipsis (qui tum temporis non erant in rerum natura, neque longo tempore futuri sperabantur) cogitauerit testator, sed præsumptio est, si de iis nihil dixit, quòd illos ad excludendum substitutum in conditionem ponere noluerit, sicuti habet communis opinio scribentium in d.l. cum auus. & d.l. cum acutissimi.

P A R E N T V M autem successio in legitima liberorum ferè adhuc infantium propriùs timeri poterat. Deinde Sebastiano decedente vel eius vxore, altero autem ex superstibus ad secundas nuptias conuolante, magna quæstio relinquebatur, an liberi communes primi gradus etiam hoc legatum in diuisione (quam parens superuiuens, & secundas nuptias contrahens, cum filii suis ex consuetudine Augustana celebrat) conferre cogerentur. Hanc dubitationem testator vt tolleret, & denique in vniuersum omnes causas præuerteret, parentibus non solùm successionem in legitima, sed etiam omne aliud ius capacitatis in isto suo legato disertè ademit. Hæc autem exclusio etiamsi aliquid superuacanci contineret, tamen commodissimum semper

semper est, nominatim inseri, quæ tacitè possint exaudiri. stipulationes commodissimum. ff. de verb. oblig. cum aliis suprà nu. 266. & 314. plenè deductis.

E x quibus omnibus candido lectori plus quām satis manifestum factum esse arbitror, omnes illas argumentandi rationes, quæ ab expressa exclusione parentum ad restrictionem reciprocæ, & in odium substitutorum, ex aduerso operosè deducuntur, inanes, denique etiam legibus

338. receptisque dd. sententiis contrarias deprehendi. Sed † in interpretanda voluntate testatoris nō debemus leges transgredi, vel ex nostro ingenio audaces coniecturas & interpretationes configere. In quam sententiam multa adducit Curtius in l. admonendi. num. 381. & seq. ff. de iure iur. Plura etiam affert Zuntus in consilio proxiore, num.

339. 912. vndē solebat dicere Bald. † de voluntate hominis iudicandum esse secundūm conscientiam, quæ sit legibus munita, non quam aliquis sibi ipsi fabricat, in sua disputat. incip. statuto cauetur quòd fœnerator. & alibi ait idem Bald. consil. 232. vol. 5. Oportere voluntatem testatoris coniectari ex coiecturis legalibus, quandoquidem, vt inquit Cracuetta in consil. 306. in finalib. verbis: Homo hominis contueri non possit.

340. † TERTIAM CONIECTVRAM, EIVSQUE rationes, D. Cousulens ita obscurat, (& forsan data opera,) vt eius mentem aliquandiu assequi non potuerim, hoc tamen videtur dicere.

E x verbis testamenti liquere, quòd reciprocæ substitutionis eadē fuerit vis & effectus, siue antè, siue post mortem Sebastiani patris sui discessisset Marcus.

SED si viuo Sebastiano diem suum obiisset Marcus, liberos ipsius Marci per reciprocam non potuisse excludi.

CONSEQUENS igitur esse eos propter eandem illam reciprocam excludi non debere, si mortuo aucto, Marcus paternorum postea vita functus esset.

M A I O R E M propositionem ita firmat. Formulam reciprocæ substitutionis vnico sermonis contextu, in utrumque casum, siue liberos relinquat S E B A S T I A N U S, siue non, conceptam inueniri, parem igitur determinationem reciprocæ esse debere, si viuentibus, vel ante, cum præmortuis liberis Sebastianus decederet, l. 4. ff. de vulg. l. Seia. §. Caio, in princip. ff. de fund. instru. vbi Bartol.

341. † Verba enim aduersatiuè inter se opposita, hanc habere vim, vt voluntas testatoris in uno, intelligatur repetita in alio, adducit Alex. in l. si filius à patre. ff. de liber, & posthum.

342. C O N C E D I M U S equidem regulariter dici, † duo determinabilia posita in eadem oratione pariter determinanda esse. d. l. 4. ff. de vulgar. & pupill. l. quamuis & l. hereditatem. C. de impub. & aliis substitut. l. in testamento. vbi Caccialupus. ff. de testamento mill. Negamus autem clausulam illam: Er habe/ oder verlasse Kinder oder nicht/ id est, habeat, vel relinquat liberos, nec ne, vnico contextu substitutioni reciprocæ, sed tantum præcedenti prohibitioni alienationis coniunctim inesse; quare recte quidem dicitur prohibitionem alienationis S E B A S T I A N O fratri, in utroque casu, quò ipse ante liberos, vel illi ante eum decederent, pariformiter factam esse. Aliter autem conceptæ sunt statim subsequentes duæ substitutiones. In dispositione enim reciprocæ, primum tantum caput illius clausulæ reperitur, id est, cum liberos reliquerit, Deinde in ingressu secundæ substitutionis ponitur alte-

rum,

rum, his scilicet verbis aduersatiuis: Sin verò ipse Sebastianus frater meus nullos liberos ex suo corpore legitimè de-

343. scendentes relinqueret &c. Ethæc † aduersatiua (sin verò) arguit tantum qualitatum & terminorum similitudinem, & quod secunda substitutio in eodem casu, id est, de iisdem liberis loquatur, de quibus testator in priore senserat, l. 1. ff. de reb. dub. Bart. in rep. l. 1. col. 3. versic. sed respondeo. ff. de off. procur. cæf. Cephal. con. 176. nu. 5. Hyp. Rimini. con. 148. nu. 61. In aliis autem aduersatur in Iure, & in facto. l. hoc amplius, §. de his autem. ff. de damn. infecto. Bart. in l. mariti. §. fin. ff. ad l. Iul. de Adul. & in l. transigere. C. de transactio. Euerard. in loco à natura copulæ. Socyn. d. con. 83. Decius & Hieron. cagnola in l. 1. ff. de off. eius &c. Quod ipsum disertè scribit etiam Alex. in contrarium allegatus in d. l. filius à patre. nu. 6. ff. de liber. & posthum. scilicet aduersatiuam particulam, repetere tantum qualitates, id est, casus & terminorum similitudinem, nequaquam autem dispositiones Iuris vel facti, & sic planè contrarium dicit eius, ad quod eum allegat D. Consulens; quod in aduersatiuis inter se oppositis voluntas testatoris in uno, intelligatur repetita in alio. Verū enim est, si verba, Kinder in secunda substitutione (ibi: si verò ipse frater meus Sebastianus nullos relinqueret liberos &c.) contra communem usum loquendi intelligenda essent, etiā denepotibus, id est, de liberis Marci, non est dubium, quin in altera parte aduersatiua, ibi. Nam si liberos reliquerit, de iisdem quoq; si casus ita obtingeret, senserit testator; quandoquidem, vt dictum est, aduersatiua innuat conformes utrobique casus & terminos esse, & quod in utraq; substitutione de eodem genere liberorum testator senserit, Alex. con. 117. nu. 18. lib. 6. & con. 99. nu. 9. lib. 7. Dec. con. 51. nu. 3. & in terminis, quandò substitutio est facta sub conditione, si autem non superuiuerent &c. tractat Socy. Iun. d. con. 83. nu. 15. vol. 1. Non tamen idem iuris est, quo ad dispositionem

vtriusque casus. Nec sequitur si liberi Marci sub clausula, si sine liberis &c. essent positi in conditionem ad exclusionem secundo loco substitutorum, quod pari ratione propter clausulam, si cum liberis &c. primo loco substitutos remouere debeant. ibi enim aduersatur prima illa dispositio secundæ, in Iure, & in facto. Aliter enim ibi à testatore prouisum est. Nam etiam in casu extantium liberorum Marci, (si verum est, quod sub conditione affirmatiua primæ substitutionis intelligi debeant,) Nihilominus tamen solus gradus superstitem fratrum, & sororum defuncti ad legatum vocatur. Et quemadmodum liberi Marci excluderent comprehensos in secunda substitutione, ita aduersatiuè ipsi excluduntur à primo substitutis. Rationem allegat ipse D. Consulens, dum num. 81. ait, posteriorem substitutionem † nunquam intelligi factam in casu, qui priori scriptura prouisus fit, per l. cohæredi. §. qui patrem. vbi dd. ff. de vulg. Aret. con. 1. Tu adde Rom. con. 152. vbi Mandosius multa cumulat. & consil. 503.

NON tamen negauerim testatorem etiam in ipsa dispositione reciprocæ, vtrunque casum substitutionis, & an is, vel in vita fratris sui, vel post eius mortem contingat, complexum esse. Non ut eadem vis & potestas vtriusq; casus es-  
set, sed planè inter se pugnans & dissimilis. Nempe si quis ex liberis fratris sui in vita ipsius obiret, substitutus proprietatem tantum, sed post mortem patris vtrunque, id est, vsum fructum causalem haberet.

No s tamen maiorem propositionem non adeò moramur, cum nihil nobis incommodet, vt cunque illa se habeat, sed potius de minori agendum erit, vbi contendit D. Consulens: si Marcus ante patrem Sebastianum diem suum obiisset, futurum fuisse, vt liberi in ipsius locum admitterentur. Ergo idem dicendum in casu præsenti, vbi Marcus post patris obitum deceperit.

A

AD comprobationem huius minoris eadem adfert, quæ centies à nobis confutata sunt, videlicet nomen liberorum esse collectium; itaq; liberos Marci, non extante ipsorum patre, per clausulam, Auch allen sehnē ehleiblichen kindern/ vnā cum aliis patris sui fratribus & sororib. primitū ad legatum successuè esse vocatos. Quam assertionem etroneam esse sup. nu. 32. & 46. prolixè, & multis aliis in locis ex com-  
345. muni opinione euidenter ostendimus. † Nimirum nomen Rinder/ non esse collectium, quia secundum communem vsum loquèdi idiomatici nostri, speciale est, & primi tantum gradus liberos præcisè significat. Vnde etiam si in aliqua facie speciei liberorum appellatione nepotes venirent, tamen in casu communis locutionis talis interpretatio ad vocabulum vulgare, Rinder/ probabiliter trahi non posset, secundum Alciatum in l. liberorum nu. 25. vbi adducit Alex. con. 26. nu. 11. lib. 3. ff. de verb. signif.

DENIQUE etiam si ad legatum vocatos fuisse, vlo verborum colore obtineri possit, fatetur tamen D. Consulens, eos non simul cù nominatis, sed ordine tantum successu ovocatos, ex quo necessariò sequitur, illos cum amita concurrere non posse. Nam in eo genere successionis non admittuntur vocati per nomen generis, existentibus aliis in specie nominatis, Casus est in sepè all. l. cum ita. §. in fideicomisso. ff. de leg. 2. vbi oēs. Ruin. con. 107. nu. 10. vol. 2. In specie Bellonus consil. 50. nu. 4. vbi allegat Ruin. inter consilia Anto. Rubei. con. 40. Et secundum istud consilium iudicatu fuisse, refert Menoch. con. 200. in narratione illius casus, & nuper Bursa. con. 128. nu. 20.

IN ADVERTENTER igitur seipsum sauciatus oculatissimus alioquin D. Consulens. Dum num. 80. scribit, prius & magis inspici debere, quid testator primitū in legato, quām posteā per reciprocā disposuerit, & hanc dispositionem reciprocæ ex priori interpretandam esse. Quid enim aliud indē

5. itidè consequitur, quām testatorem noluisse liberorū Marci in substitutione reciproca rationem habere, quos in legato nullo modo (quod verissimum est) aut ordine tantum successuo, vt volunt aduersatij, id est, post omnes nominatos vocauerat. Ita Menoch. d. con. 200. nu. 75. suprà quoq; antè nu. 163. allegatus.

**A L T E R A** confirmatio huius minoris propositionis magis est rhetorica, & persuasiua, quā iuridica: videtur enim D. Consulenti iniquum & absurdum esse, quod Marcus in vita patris sui tantum umbram quandam proprietatis haberit, & si viuo patre obiisset, nihil penitus ad liberos eius ex illa legata pecunia peruenisset. Quasi velit dicere, Marci liberos propter adductas illas circumstātias tales videri, qui meritò substitutam amitam suam à portione patris ipsorum excludere debeant. Ad quod faciliter respondetur, cum non sint ex descendantibus testatoris, nec aliæ qualitates in illorum persona inueniantur, quas iura necessariò requirāt, vt ex præsumpta mente testatoris substitutam excludere possint, de qua materia sup. num. 145. & 149. diximus. Igitur 346. frustrà hęc pro colore allegari. † Deniq; si per hunc modum exclusa amita in patris sui portionem admitterentur, non venirent ex testamento, sed ab intestato, sicuti latè probat Mandellus con. 31. nu. 78. per l. qui duos. ff. de vulg. l. pater filiam. §. fin. ff. ad l. Falcid. Petr. Anton. Ang. con. 65. nu. 8. lib. 6. Sed hoc ipsum à testatoris voluntate omnino alienum fuisse, vbique contendit D. Consulens, maximè in sequenti tertia confirmatione minoris suæ propositionis, quemadmodum statim ibi videbimus.

**TERTIA** probatio minoris propositionis omnino concluderet, nisi ipsius quoq; confirmationis minor falsa esset, scilicet omnibus Sebastiani liberis primi gradus antè ipsum extinctis, futurū fuisse, quod nisi nepotes, id est, Marci liberi ad legatum ex voluntate testatoris intercā admitterētur, tale

tale legatum testamentariæ dispositioni eximeretur: Vnde triplex inconueniens, & voluntati testatoris contrarium consequeturum.

**P R I M O**, quòd Marci liberi excluderentur, quos tamen testator sub illis verbis: Nam si liberos relinquaret &c. dispositiū vocasset: sed hęc assertio tanto viro indigna est. Nam (vt suprà nu. 138. & 168. ostendimus, dato etiam, quod verbum, Kinder / plures gradus comprehendenderet, tamen conditio illa affirmatiua, † cum liberos habuerit, vel relinquere, casum tantum ponit, nec est dispositiua l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa testament. & hoc ipsum D. Consulens fatetur. num. 32. & clarius explicat Emanuel Costa, in c. si pater in verbo moriatur. num. 2. de testam. in 6. verba enim cum liberos reliquerit &c. sunt tantum demonstrativa personarum conditionaliter nominatarum l. cohredi. §. fin. ff. de vulg. Ruin. consil. 141. numer. 12. vol. 3. Et expectant actum alterius voluntatis, qui statim sequitur. **S**o sollen ic. ergò per se nihil disponunt, Ita docet Bald. in Authen. Et qui iurat. num. 17. C. de bonis author. Iud. poss. quem refert & commendat Alexan. consil. 190. numer. 31. & 32. vol. 6.

**S E C U N D O** euenturum esse inquit, si in vita Sebastiani defuncti, Marci liberi, primo ad paternam, & deinde ad Magdalena etiam viuente patre decedentis portionem, nō admissi forent, quod D. Magdalena eo in legato hęredes proprios velex testamento, vel ab intestato habitura esset, quo casu parentes contra expressam voluntatem testatoris ad legitimam filiæ suæ Magdalena necessariò admittebantur.

**D E I N D E** & tertio, vt ipse putar, excludebantur quod collaterales secundo loco substituti, etiam quando Sebastianus nullis relictis liberis poste à obiisset, & conditio substitutionis extitisset, allegat l. §. sciendum l. sed et si ff.

de leg. 3. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad 1. falcid. Bartol. con. vltimo.

Ego vero mecum rationem inire non queo, quomodo D. Magdalena post mortem vtriusq; fratri, ex testamentaria dispositione sola in legato succedens, si poste à viuo patre Sebastiano defuncta quoquè esset, de tali legato quicquam disponere, vel hæredibus ab intestato relinquere potuisset, obstante nimis secunda substitutione, cuius conditio, scilicet an Sebastianus adhuc viuēs porrò liberos relicturus esset, nondum defecerat, l. quandiu. la. 2. vbi gl. & Bart. ff. de adq. hæred. l. quandiu. ff. de reg. Iur. l. 2. in princ. C. vnde liberi. l. ante quam. C. com. de success. Bened. Capra. con. 102. Iulius Clarus recep. sent. q. 77. in princip. vers. vtilitas autem huius quæstionis, & q. 80. num. 4. Et planè miror, quomodo D. Consulens contrarium affirmare, & hoc ipsum in triplicis suis inter figmenta tertij casus pro confirmatione status causæ repetere audeat, nisi forsitan eiusmodi cogitatio illum seduxerit. Si Magdalena vltima ex liberis Sebastiani primi gradus, ipso patre adhuc superstite, vita functa esset, quandoquidem proprietas legatæ pecuniæ, nec ad parentes ipsius, propter exclusionem expressam, nec ad collaterales, ob nondum verificatam conditionem, pertinere potuisset, necessariò dicendum, eo eueniente casu, ipsi Magdalena proprios hæredes ex testamento, vel ab intestato, successuros fuisse, quæ successio contra voluntatem testatoris (vt D. Consulens malè colligit) & parentes ad legitimam admittet, & secundam substitutionem omnino extinguebat, per allegata ab eo.

Nō s autem firmiter respondemus, tale inconueniens, & quod voluntati testatoris consentaneum non esset, inde euenturum, nulla probabili ratione posse doceri. Quandoquidem nec ad liberos Marci per reciprocā exclusos, vel ad yllos alios, defuncta postea Magdalena, quidquam vel

iure

iure testamenti, aut ab intestato, nec ad exclusos parentes legitima aliqua perueniebat, d. l. quandiu. vbi Bar. ff. de adq. hæred. sed vel totum legatum, eiusque vslus fructus causalis

348. apud superstitem Sebastianum permanebat, + quem post eius obitum sine liberis, grauatus erat restituere fratribus suis, & sororibus, eorumque liberis, in capita diuidendum, text. est in terminis in l. species. ff. de aur. & arg. leg. l. fin. ff. de vslu fruct. eorum &c. & in l. Titia. §. fin. ff. deleg. 2. & in l. donationes. §. species. ff. de donationibus, simile notat Bart. in l. ex facto, vbi Imola. ff. de hæred. instit. Alexand. in l. filius à patre. ad princ. in 5. col. ff. de lib. & posthum. Idemque est de mente Salycket. in l. extraneum. C. de hær. instit. Bald. in l. id quod pauperib. q. 14. C. de episc. & cler.

VEL commodius forsan dici potest, proprietatem legatæ pecuniæ respectu legatariorum extinctam fuisse, ni-

349. mirum eo tempore, t cum ex iussu testatoris mercatori cui- dam mutuata est, §. nam hæres. Instit. de vslu fructu. videtur igitur testator Sebastiano fratri non vsumfructum pecu- niæ, sed potius vtilitatem nominis legasse, sicut innuit Ti-

350. raq. de retract. municip. §. 1. glo. 7. numer. 114. in fine, t actionem autem personalem, & ius consequendæ illius quanti- tatis in bonis liberorum ipsius primi gradus remansisse, l. le- gatum ita. ff. de leg. l. l. ex legato. C. eo. eiusque actionis & Iuris alienationem Sebastiano interdictam fuisse, quod acutè ex lapo. alleg. 91. deducit. Roman. consil. 509. numer. 18. Cuius quidem personalis actionis exercitium apud Se- bastianum post mortem liberorum suorum, quos testator primo loco vocauerat, ita remanebat, vt interim eius tan- quā administrator, & curatore esset. Et demum mortuo ipso sine liberis, pleno iure ad secundo loco substitutos rediret.

Ita videtur tradere Bart. in l. si quis ita scriperit, in fine, vbi quoq; Imola, vers. in ea gl. ff. de hær. instituendis, & idē Bar.

350

In l. planè la. i. §. si coniuncti num. 2. ff. de leg. i. Ruin. consil. 97. num. 7. vol. 2. & con. 35. nu. 5. vol. 3. quæ omnia diligenter accumulat Menoch. consil. 105. numer. 54. & seq. Alciat. respons. 495.

**T E R T I O** etiamsi non quantitas, vel ius actionis ad eam consequendam, sed species aliqua legata esset, non tamen inconueniens erat, quod bona illa legata remanserent apud hæredes D. Magdalena ab intestato, donec conditio substitutionis extitisset, videlicet, ut postea reuocaretur. **†** Quia censebantur esse hæredes non propriè, sed impropriè, id est, reuocabiliter. Sicut tradit Alexan. post multos relatos in l. ex facto. §. ex facto. numer. 6. verific. sed nec ista videtur. ff. ad. Senatusc. Trebell. Idem firmat Mandellus consil. 86. numer. 10.

**P V T O** itaque etiam ipsum D. Consulentem iam perspicere, se oleum & operam lusisse, dum adeò magno conatu omnibus persuadere voluit, nisi Magdalena per liberos Marci in vita patris defuncti, ab eius portione exclusa fuisset, omnes reliquias testatoris dispositiones in irritum casuras fore, scilicet si ipsa quoquè viuente adhuc patre postmodum deceperisset.

**Q V I N I M O** hoc ipsum conuenientissimè contra illos retorquetur, scilicet necessariò euenturum fuisse, quod testatoris dispositiones tam ratione exclusionis parentum, quam secundæ substitutionis penitus euerterentur. Scilicet si concederemus Marci liberos ex tacita voluntate testatoris, ad excludendam reciprocè substitutam Magdalena, in conditione esse positos. Sèpe enim iam dictum & ex 352. communi sententia scribentiū probatum est, **†** filios positos in conditione, maximè si non sint descendentes, non esse vocatos, cuius cōtrarium nunquam audiuit iudicari Alciatus. d. con. 495. Quare si liberi Marci defuncto ipsorum patre in vita Sebastiani, reciprocè substitutam Magdalena per

pertacitam conditionem, si sine &c. exclusissent, portio- nem illam paternam, non ex testamento patrui magni, sed ab intestato percepissent, per sup. allegatā dd. opinionem, & sic pars illa legati ab omni nexu testamentariè dispositio- nis proculdubio soluebatur, Iulius Clar. in §. testamētum. q. 77. in princ. & q. 80. num. 4. Alex. consil. 91. num. 2. versic. quartò probatur. vol. 1. Ita quod liberi Marci decedentes posteà in vita Sebastiani, legitimam parentibus suis ex isto legato necessariò relinquebant, deinde secundo loco sub- stituti, etiam verificata conditione, si Sebastianus sine libe- ris obiret, nihilominus à fideicommisso vtique iam dudum extincto cederent, Dec. con. 218. & volūtas testatoris omni- no negligebatur.

**I T A** quoq; argumentatur & concludit Card. Albanus conf. 26. num. 7. quem suprà num. 97. ad hoc quoq; propo-

353. situm allegauimus, vbi præsupponit **†** testatorē in suo casu semper testatum decidere voluisse, quod ipsum valde quo- què vrget aduersarius D. Consulens, maximè nu. 78. Hisce verbis: testatorem siue liberos reliquisset Sebastianus, siue non, ex testamēto suo successionem in legato esse voluisse, ex quo consequens esse dicit ibi Card. Albanus conditio- nem, si sine liberis &c. non posse subintelligi, quia contra voluntatem testatoris, & ab intestato succederent, & hoc modo liberè adepti legatum, secundo loco substitutos ex- cluderent.

**N I H I L** autem tale eueniebat, vt diximus, si reciprocæ substitutioni effectum suum in superstitis Magdalena per- sona relinquamus. Nam obeunte illa antè patrem, & casu, quo is alios liberos non relinquaret, iam prouisum erat Magdalena de substitutis, qui relictum hoc sedecim mil- lium aureorum post mortem Sebastiani ex testatoris volū- tate consequerentur. Pendente verò interim conditione liberorum &c. tum vel detracta mētione vsusfructus, causa-

Iem vsumfructum Sebastianus obtinebat cum onere restituendi, prout suprà demonstratum est, facit. §. pro secundo C. de caduc. toll. vel vsumfructum formalem iure proprio & legati habebat; proprietatis autem fuisse administrator, Alciatus d. con. 495. nu. 4. exclusa nimirum matre à legitima, in euentum, quo conditio secundæ substitutionis extituta esset, sed ea non verificata, etiam exclusio materna celsabat. Tiraq. in reg. cessante causa, parte i. nu. 96.

**Q**VA R E regula æqualis determinationis, si vel viuente Sebastiano, vel eo præcedente mortuus esset Marcus, eius tantùm liberis, non autem Magdalena obest, vt potè, qui ad patris sui demortui portionem viuente Sebastiano non aliter, quàm ab intestato, & contra voluntatem testatoris peruenire potuerunt, quòd tanquam inconueniens necipse D. Consultor admittit. Igitur pari determinatione nec post mortem Sebastiani ad excludendam reciprocam admitti debent.

**A**B S V R DÆ autem sunt omnes istæ argumentationes, sicuti suprà nu. 77. 81. & 136. tetigimus, quæ ex casibus conflictis, & quorum testator nullam mentionem fecit, ad obscurandum casum verum, qui accidit, & ad inuertendum verum κεινόμενον causæ, excogitantur. Videntur enim aduersarij, sicuti alibi Lactantius contra Philosophos scribit, maluisse ex falso colligere, quòd falsum, quam ex vero, quòd verum.

**355.** **† IN QVARTO ARGUMENTO, DILIGENTISSIMUS D. CONSULENS, OMNES TESTAMENTI ANGULOS PERQUIRIT & EXECUTIT, VT ALIAS CONJECTURAS ELICIAIT, QUÆ SALTEM AB EXTERNA SPECIE LECTORI PERSUADERE POSSINT.**

**P**RIMO testatorem voluisse, vt conditio, si sine liberis, quæ in prima, secunda, & quarta parte testamenti, substitu-

stitutionibus apposita inuenitur, etiam in reciproca substitutione liberorum Sebastiani repeteretur,

**S**E CVNDO, quia in eadem dispositione, quæ loquitur de liberis Sebastiani (hæc autem est testamenti pars tertia) fratres & sorores testatoris, eorumdemque liberi, Sebastiani liberis sub conditione, si pater sine eis deceperet, secundo loco substituti sint, Itaque ex eo probabilem conjecturam sumi, eandem conditionem in præcedenti reciproca subintelligi, & repeti debere.

**T**ERTIO, que in modum in deductione secundæ conjecturæ suprà refutatæ, D. Consulens exclusioni parentum hunc effectum dat, Vt conditio, si sine &c. quæ eidem exclusioni sua vi, & potestate tacite inest, præcedentem quoquæ reciprocam conditionalem facere possit: Ita hoc loco exclusioni maternæ in secunda substitutione iterum apposita, longè maiorem vim, & potentiam operandi attribuit. Hæc enim clausula exclusionis maternæ, licet pedis sequa tantum & acceſſoria sit, principalem tamē dispositiōnem (secundum eum) id est, substitutionem collateralium verè in esse deducit, eamq; ob defectum conditionis extinctam, ab inferis reuocat, Imò D. Magdalena, etiam si hodiè quoq; sine liberis obiret, substitutos Marci liberos facit, & deniq; tanquam herba Theutonica ad omnia valet.

**Q**VO D ad materiam repetitionum attinet, quæ hīc ex diuersis testamenti partibus accersit, dicimus regulariter

**356.** verum esse, † quòd posita in uno capitulo ad aliud nec referantur, nec inibi repetantur. Bartol. in l. et si pepercit. §. filius. num. 2. ff. de lib. & posthum. & in l. in repetendis. ff. de leg. 3. in l. Seiz. §. Caio. ff. de fun. instructo, in l. vltima. ff. de rebus dub. Iason. in l. qui filiabus. col. 3. ff. de leg. 1. & in l. 1. col. 2. in 6. limitat. C. de liber, præter. Felin. in c. causam quæ, col. quinta. yers. hmita tertio. extræ de rescrip. Anania. consil. yigesimo secundo, in fine. Socyn. inter conf. nos. 1. Curt.

Curt. Senioris. cons. 40. Socyn. Iun. cons. 200. nu. 20. vol. 2.  
vbi dicit hanc esse communem, & in con. 29. nu. 5. vsq; ad  
20. lib. 1. Imò non recipit dubium, quandò capitula (vt h̄c)  
sunt penitus separata, vt fatetur Menoch. con. 106. num.  
297. licet contendat in suo casu non fuisse diuersa capitula.  
Idem Menoch. latè hanc regulam defendit. cons. 171. nu. 18.

& aliquot seqq. Quam ex intimo substitutionum iure de-  
promptam esse, scribit etiam Hottomannus, consil. 6. In-

357. quiens, † quod vbi sunt discretæ institutorum portiones,  
etiam eorum substitutiones discretæ intelligentur, nec al-  
tera ad alteram producatur. l. cohæredi. 41. §. qui discretas.  
ff. de vulg. substit. Quod maximè procedit, quandò nulla  
adest vox generalis, sed restrictiua ad certum gradum, sicut  
in nostro testamento, quo casu ait Hottomannus, cōsen-  
taneum esse, ne institutiones, & substitutiones à testatore  
discretæ, & in discretis portionibus separatæ, inuicem con-  
fundantur, allegat Bart. in l. Lucius. nu. 17. ff. de vulg. substit.  
Adde Bursat. con. 189. num. 70.

M A X I M E etiam confirmat hanc regulam id, quod dd.

358. passim inculcant, † cōditiones & qualitates, nō posse de ca-  
su ad casum, minùs autem de persona ad personā traduci,  
per elegantem textum in l. centesimis. §. pen. ff. de verb. ob-  
lig. Bart. cons. 39. Socyn. cons. 259. Ruin. consil. 176. num. 5. 6.  
& 8. con. 133. nu. 20. lib. 2. Socyn. Iun. con. 77. num. 18. vol. 3.  
Angusola. consil. 55. nu. 11. lib. 6. D. V Vesenbecius consil. 51.  
statim ab initio, & Hottomannus. d. con. 6.

359. P R A E T E R E A t voluntariæ conditionis/qualis est con-  
ditio, si sine liberis) ea est natura, vt nec ex identitate ratio-  
nis extendi, vel repeti debeat. dd. in l. Gallus. §. & quid si  
tantum. ff. de lib. & posthum. Vbi Bart. col. 2. in fine. Et Ga-  
liaula. nu. 27. Et not. in l. 1. ff. de vulgar. Socyn. col. 11. limit.  
8. Ripa. num. 95. Fulgos. consil. 49. col. pen. Dec. consil. 89.  
num. 2. Socyn. consil. 259. col. 2. vol. 2. Et consil. 69. num. 4.

Et con.

Etcon. 76. num. 4. vol. 3. Syluan. con. 64. nu. 15. Gratus con.  
19. num. 23. vol. 2. Ruin. in rubrica. ff. sol. matrim. num. 12.  
Aug. Beroius. consil. 128. num. 7. vol. 2. & consil. 57. num. 5.  
vol. 3. Hieronymus Gabrielius consil. 111. num. 10. Bursatus  
consil. 52. num. 18. per text. in l. Mæuius, & l. qui hæredi. ff.  
de cond. & demon.

N E C rectè sic infertur, omnes aliæ substitutiones ha-  
bent clausulam, si sine liberis, Ergò etiā in reciproca substi-  
tutione liberorum Sebastiani (vbi deesse videtur) adden-  
da est, Imò leges, & dd. ex tali facti specie cōtrarium voluif-  
fe testatorē arguunt, & quod eam scienter, & consultò omi-  
serit. l. commodissime. ff. de lib. & posthum. l. 1. §. sin autem  
ad deficientis. C. de caduc. toll. quarè etiam coniecturam  
pietatis, in qua fundantur text. in l. cum auus. ff. de cond.  
& demonstra. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. hoc

360. casu cessare tradunt, † adeò, vt non possit, nec debeat, talis  
conditio, etiam in testamento ascendentis ( si in vna parte  
omissa, alibi verò expressa fuerit) à lege suppleri, quam sen-  
tentiam probat Socyn. in d. l. cum auus. num. 38. Dec. con-  
sil. 442. num. 10. & consil. 581. num. 5. & consil. 416. latissi-  
mè Marian. Socyn. consil. 128. vol. 1. & consil. 77. Sub finem  
lib. 3. Curt. Iun. consil. 33. num. 6. & 11. quos refert & seque-  
tur Eman. Costa. in c. si pater. §. 1. verbo. si absq; liberis.  
num. 10. de testam. in 6. Idem concludunt Gratus consil. 18.  
num. 36. Molin. in Thematè consilij. Alex. 158. vol. 6. Laur.  
Syluanus. consil. 64. num. 18. Petr. Anton. Angusola. con-  
sil. 64. num. 14. lib. 6. Vbi ait regulam illam, quod vna pars  
testamenti declarat aliam, in hoc casu inuerti solere, & ita  
declarationem esse faciēdam, vt alio loco positum, hic verò  
omissum, pro omisso habeatur, Et in hanc deniq; sententiā,  
tanquam communem concedit Zucard. in l. fin. nu. 69. vers.  
ex quib. C. de edict. Diui And. toll. Concurrentib. em̄ istis  
duabus regulis pugnantib. Prima, quod vna pars testam. de-  
clarat

- claret aliam, quæ habetur in vulg. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. i. Secundò, quod in vna tantum parte scriptū est, in alia studiosè videatur omisſū. d. §. fin aut̄ ad deficientis, tunc solet cōmuniter dici, negatiuam pr̄ualere, videlicet, quod si idē voluisset, hoc sciuisset exprimere. Socy. con. 191. vol. 2. Et pro cōmuni allegant. Card. Albanus. con. 41. nu. 7. Rol. à Valle. con. 56. nu. 24. li. 3. Gratus con. 19. nu. 21. & 22. vol. 2. Mantua: cō. 89. vol. 2. Zanch. in l. h̄ered. mei. §. cum ita. parte 7. nu. 93. ff. ad Trebell. Rationē affert, quia expressum facit cessare tacitum, etiam circa diuersum. l. maritus, secundū communem intellectum, teste Alex. ibi. C. de procur. Tib. Decian. consil. 3. num. 8. lib. 2. & consil. 9. num. 12. lib. 3. Negatiua enim magis negat, yti consuluit in proposito etiam Dec. consil. 567. & consil. 591. Socyn. Iun. consil. 13. nu. 25. & 28. vol. 3. Marzar. consil. 7. col. 6. folio mihi 86. vbi magnum numerum idem & communiter sentientium addu-  
**361.** cit, Imò dicitur † aliquid esse contra voluntatē testantis eo ipso, quod de illo nihil dixit, glos. penult. in l. Titia. ff. ad l. Falcid. l. si seruui. 71. §. nec dixit Pr̄ator. ff. de adquir. h̄ær. c. ad audientiam, extrā de decim.  
 Cy M igitur regula, quæ excludit repetitionē conditio-  
nis, si sine liberis &c. nostrā causam sartam & tectam consti-  
tuat: inspiciendum porr̄ erit, quomodo aduersarij id, quod ex regulis iuris non possunt, saltē ex verbis, & conie& turata mēte testatoris deducant. Nam id aliquando non inconue-  
niens est. Secundū Oldrad. consil. 141. & admittit Capra.  
**362.** consil. 60. nu. 80. Petr. Anchar. R̄heg. quæst. 53. lib. 2. † Non tamē ad hoc sufficiunt cogitationes hominis, etiā prudenter consideratæ. Castrenſ. in l. de his. ff. de cond. & demon-  
stra. Alex. consil. 9. lib. 3. & consil. 39. num. 3. & 4. lib. 6. Hominiis enim pr̄sumptiones & verisimilitudines non debent mouere iudicem, Corn. consil. 230. vol. 5. vers. & propterca. lib. 3.

Potissimum autem tali pr̄supposito innituntur aduersarij, hanc testatoris intentionem fuisse, vt ad vnum quodque relictum post mortem vocati descendentes eius, suo ordine & gradu successiū admitterentur, itaq; fieret, vt in cuiusq; descendenti linea, id quod alicui relictum es-  
set, tamdiū permaneret, donec illa duraret, & ea demū extincta, ad alios de cognatione deferretur, cū nullo mo-  
do verisimile sit, quamdiū aliqui ex descendantibus super-  
essent, vel substitutum, vel alios testatori propinquiores ad-  
mitti debuisse.

Hac verò magis ex proprio desiderio afferatur, quam  
lege, ratione, vel ex verbis testamenti probari possint.

- 363.** PRIMO enim nulla lex hoc pr̄sumit, † quod testator relictum suum in descendētes primo loco vocatos, excluso substituto, cōtinuare voluerit, pr̄terq; in casu d.l. cum auus & d. l. cum acutissimi, aliis autem, quam patri inter liberos testanti, leges hanc pr̄sumptionem nequaq; accommodat. Ita cōsentiant omnes in d.l. cum auus. Vt mirum sit, D. Cō-  
sulentem circa nu. 158. ausum fuisse scribere, neminem san-  
mentis esse cōcessurum, mortuis omnib. filiis primi gradus  
antē testatorem, vt tunc substituti collaterales, exclusis ne-  
potibus, admitti debeant; Imò tota iuris prudentum Schola  
hoc vult, & oēs pro certa regula tradunt, in testamēto extra-  
**364.** nei nō subaudiri conditionem, si sine &c. per allegata supra-  
nu. 107. sicut etiam cōmuniter cōcluditur, † liberos grauati,  
ex illis personis nō censeri, quæ ex pr̄sumpta mente testan-  
tis excludant substitutum. Ratio est, quia non sunt ex de-  
scendantibus, vt plenē ostendunt Alex. con. 38. col. 1. vers. &  
primo. lib. 1. Socyn. con. 49. nu. 11. lib. 4. Crauetra con. 1091  
nu. 3. & nos supra nu. 145. diximus.

- 365.** † NON debemus autē de voluntate testatoris pr̄sume-  
re ex coniecturis à iure non receptis. dd. in l. fin. C. de pro-  
ba. Curt. Iun. l. 1. nu. 43. ff. de offic. eius &c. Crauetta cō. 145.  
109.

num. 2. Rol. à Valle in tract. de lucro dotis. q. 75. nu. 21. & 22.  
Cephal. con. 517. num. 65.

S E D nec vlla ratione probatur, quod testator noster descendentes vniuscuiusq; in patris sui portione substitutis præferre, & relictum in eo scontinuare voluerit, sicuti in d. I. cum auus, &c. Non enim hoc efficere potest prohibitio alienationis facta Sebastiano, quæ vbique obiicitur. Quandoquidem non est generaliter, vel in rem, aut impersonaliter concepta, In quibus casibus loquuntur dd. ex aduerso citati, sed restricta ad ipsam personam Sebastiani, ibi: Doch soll er mein Brüder ic. id est, Tamen ipse frater meus &c. Quemadmodum etiam ratio, quam testator tali prohibitioni adiecit, ad certum quandam & præfinitum gradum successionis respicit, nempe, in prima substitutione, vt demortuo fratri vel sorori succedere possint superstites fratres vel sorores. In secunda autem, Si Sebastianus nullos liberos relinqueret, vt legatum illud ad testatoris fratres, & ex iis nepotes perueniret, Et hæc tantum ratio restringit, & extendit dispositionem, sicuti ipse D. Consulens. nume. 123. ad hoc allegat. I. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Bartol. in l. regula. §. fin. ff. de iuris & facti sign. & est melior text. in l. Aurelius. §. Sticho, vbi Bartol. & Alber. post glos. ff. de liber. leg. Respectu autem prioris conditionis affirmatiæ, Si cum liberis, vel sequentis negatiæ, si sine liberis, decederet, Sebastiano alienationem prohibitam fuisse ridiculè afferitur, teste Socyno Iun. consil. 118. nu. 27. vol. 1. Deinde sub verbo, Kinder / primi saltem, non ultioris gradus liberi in conditionem positi sunt, quæ omnia latius tractata supra nu. 46. & 173. inueniuntur.

366. D E M V M etiam verè respondetur, † non licere argumentari à ratione alicuius dispositionis, quam testator non expressit, Bartol. in l. liberorum nu. 13. ff. de verb. sign. Alex. con. 80. num. 7. lib. 1. consil. 97. col. fin. lib. 2. Aret. consil. 37. col.

col. fin. Corn. con. 82. col. pen. lib. 4. Socy. Iun. con. 4. nu. 20.

367. vol. 3. & con. 177. nu. 13. vol. 2. † Nā quandò nulla est expressa ratio, presumuntur plures posse reddi. Sal. in l. si serui vestri. C. de noxal. Rubeus. consil. 118. nu. 1. Alciatus paradoxorum lib. 3. cap. 11. Gozad. con. 703. num. 19. Ripa in rubrica: soluto matrimonio. nu. 62. Cephalus con. 210. nu. 60. Martianus. con. 18. nu. 51. & 54. & plura alia ad hoc propositum vide sup. nu. 178. & seqq.

P A R I modo, ab eo, quod testator transgressus sit ad plures gradus substitutionum, non arguitur iustè ad id, quod optat aduersarij, testatorem nimirum voluisse in eo legato, quod cuiq; reliquerat, descendantibus eius perpetuò consultum esse. Licet enim hæc fuerit opinio Ancharani in con.

74. quam Molin. ad Alex. con. 64. vol. 5. phætasiam appellat.

368. † tamen etiam ipse Ancharanus non ita diffusè loquitur, sed altem concludit, ex pluralitate substitutionum in eadem linea colligi, mentem testatoris fuisse, vt positi in conditione censeantur vocati.

P R I M O autem negatur verum esse, quod testator inter liberos eorum, quos honorauit, plures gradus substitutionum fecerit. Vbiq; enim & in omnibus testamenti partibus, liberi cuiusquæ non nisi semel inter se substituti inueniuntur, Anchar. autem loquitur, quandò testator prouidit de primò, secundò & tertio substitutis, & deinde iis deficientib. progreditur ad substitutionem extranei, semper & vbiq; adiecta conditione, si sine liberis &c. Sicut eius dicta intelligunt Alex. d. con. 64. Socyn. Iun. con. 141. nu. 7. vol. 2. Gratus con. 89. nu. 9. & con. 101. nu. 18. lib. 2. Ripa in l. Centurio. numer. 164. & 165. ff. devulg. Celsus Hugo. consil. 20. num. 9. & 20.

S E C U N D O, etiamsi versaremur in casu plurium substitutionum, posset tamen responderi opinionem illam Ancharani communiter esse reiectam, teste Molin. in d. con.

Alex. 64. Vbi etiam ipse Alex. cum reprobabat. Idem quoquè sentit Emanuel à Costa in d.c. si pater. verbo, absque liberis. nu. 57. vers. videndum tamen est. Ripain d.l. Centurio. nu. 165. Iulius Clarus in §. testamentum. q. 79. nu. 3. & Alciatus con. 548. Paris. quoque con. 31. num. 29. & con. 44. num. 21. lib. 2. consil. 14. num. 24. & 25. lib. 3. Menoch. consil. 173. antè num. 55.

**T E R T I O** etiam admissa hac opinione, tamen cauendum hīc esse monet Alex. in d.con. 64. ne id, quod Anchranus scripsit in casu descendantium, nos intelligamus de transuersalibus.

Hæc omnia, coniunctisiis, quæ suprà ad primam conjecturam respondimus, facile ostendunt affectatam illam continuationem perpetuę successionis inter descendentes, (in qua Marci liberi ferè omne robur defensionis suę posuerunt) optari potiùs, quām ex verbis testamēti, & exindē deductis veris & concludentibus rationibus probari posse.

**R E T E N T O** autem adhuc eodem hoc themate, respondebimus etiam ad alia, quæ ad coadiuuādam hanc ipsorum assertionem, cōsideratæ nimirum à testatore perpetuę successionis in eadem descendētium linea, adferunt, & à remotis sic argumentantur:

**L I B E R O S** Sebastiani chariores fuisse testatori, quām ipsum Sebastianum, ex eo liquere, quia illis in vita Sebastiani proprietatem, & post eius mortem plenum dominium reliquerit, Sebastiano autem vsum fructum tantūm legarit: sed si prædicti liberi primi gradus etiā in casu, quo ipsi quoq; liberos relinquerent, fideicommisso grauati esse censerentur, planè in eadem causa cum patre futuri fuissent, scilicet vtendi, fruendi, saltē dum viuerent, l.fin. ff. de ysf. ear. rer. 1. Titia cum testamento. §. fin. ff. de leg. 2. cùm tamen potiores esse debeat, tanquam iij, quibus testator ratione proprietatis amplius aliquid, quām patri ipsorum legauerit: Itaque propter

propter legatam illam Marco proprietatis vimbram, liberos eius quam qualem qualem habere testatoris voluntatem, ne frumento paterno priuentur. 1. generaliter. C. de instit. & substit. in princip. & l. Lucius. la. 2. ff. de hæred. instit. quare excluso substituto, portionem paternam ad ipsos pertinere.

**R E S P O N D E T V R** autem debilem esse illam coniectu-

369. randi rationem, † nequè similem ei, quæ in d.l. Lucius, & l. generaliter habetur, vbi liberi expressè in conditionem positi erant.

370. Hic nihil tale inuenitur, † sed nec inconueniens est, quòd alicui proprietas ad vitam tantūm relinquatur, quæ non ad legatarij hæredes, (si non sunt descendentes testatoris, sicuti in casu Socyni Iun. con. 96. nu. 7. & 8. vol. 3.) sed ad substitutum posteà deferatur, per ea, quæ notant dd. in l. in causæ la. 2. §. Pomponius. ff. de minor: & in l. fin. G. de leg. Cephalus con. 399. nu. 46.

**P R A E T E R E A** si liberi Marci admitterentur ex præsumptione d.l. generaliter, tum non venirent ex iudicio testatoris, sed potiùs patris sui, vt declarat Alex. con. 185. antè nu. 11. vol. 2. August. Beroius. con. 86. nu. 74. vol. 2. Contrarium autem ipsem D. Consulens vbiq; defendit, maximè nu. 78. vers. quod vt perspicuè, vbi scribit: liberos ex Marco superstites in locum & portionem ipsius iure voluntatis & testamenti, non autem, vt hæredes eius, succedere.

**D E I N D E** ex l. generaliter & l. Lucius non hoc probatur, vt conditio aliqua, quæ in testamento scripta non est,

371. subintelligenda sit, sed potiùs † ne expressa talis conditio, propter quædam verborum angustias reiciatur, vt ibi notatur, & tradit quoquè Socyn. in l. si is qui ducenta. §. item si pater. in princ. ff. de reb. dub.

**V L T I M O** t'cessant præsumptiones d.l. Lucius, quando testator vsus est verbis angustis, & gradum ipsum signantib. vt hīc, vbi substituit testator, defuncti superstites fratres & sorores.

sorores. Ita respondet Molin. consil. 51. num. 8. quæ quidem expressa vocatio silere facit præsumptionem, de qua in d.l. generaliter. Ita Fortunius Garzia in l. Gallus. §. quidam re-  
tē, antē nu. 26. ff. de lib. & posthum.

Eodem modo eruditissimi consultores aduersæ partis frustrâ etiam aucupantur verba, volgen vnderben / id est, se- qui & hæreditariò peruenire, qua in substitutione reciproca habentur, vbi sic inferunt, quandoquidem testator voluit, vt liberos Sebastiani post eius mortem, ultra legatā nudam proprietatem, etiam vsusfructus sequatur, & ad eos hæreditariò perueniat, argumento esse, quod testator firmius illis

373. ius, & quod morte tantum resolui non possit, sed etiam ad ipsorum liberos transmitteretur, cōcessum voluerit, † Cum aliás pugnantia sint, hæreditario, & ad vitam tantum conce- di. c. nuper. ext. de donationib. in vir. & vxor.

RESPONDENS autem corruptè citari hunc locum. Verba enim hæreditariæ successionis & deuolutionis, non respiciunt liberos in genere (prout desiderant aduersarij) sed diriguntur in specie ad substitutos superstites fratres & sorores defuncti, sāpe all. l. hæredes mei. §. peto. ff. ad S. C. Trebell. Quare si quid efficaciaz, virtutis & potentiaz d. verbo hæreditariæ successionis attribui potest, hoc omne ad D. Magdalenum, tanquam supertitem, & ex iudicio testatoris venientem, referendum est. l. in delictis. §. Si extraneus. ff. de nox. Paul. Castr. in l. substitutione. ff. de vulg. Signor. de Homodeis. con. 57. col. pen. Abbas con. 107. col. vlt. in princip. nequaquam autem ad Marci liberos & hæredes ab intesta-

374. to pertinet, per textum apertum, in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. vbi probatur, † verbahæredis prolata à te- statore referri ad scriptos tantum, non ad eos hæredes, qui medianibus scriptis ad hæreditatem perueniunt. Itaq; in- telliguntur de primis tantum, non de hæredum hæredibus, Mantua. con. 257. & dd. in l. fin. C. de hered. instit. Nec vtitur testator

testator nomine appellatiuo hæredum, vt sic locum habere possit distinc̄io Bal. in d.l. fin. quem refert & sequitur Alex. con. 36. nu. 5. vol. 3. Sed ponit verbum succedere, quod cūm non referatur ad Marci liberos, sed ad D. Magdalenum so- rorem superstitem, fruстрà Marci liberi talia verba ad se tra- hunt, quæ aliis expressè à testatore attributa sunt, maxime cūm id fecerit, præmissis verbis taxatiuis, Sollen dieselben, wie gemeldt / vnd hernach bedingt wirdt/ erben / id est, succe- dere debent illi, sicuti iam dictum est, & subsequeenter præ- finitum erit, quæ clausulæ omnino excludunt eos successo- res, qui in testamento legi non possunt. l. l. ff. de his quæ in test. delentur. l. cum filio. ff. de vulg. Alex. & Iasoni in d.l. qui liberis. §. hæc verba. & sāpē ita responsum est. Oldr. con. 21. Bal. consil. 103. & consil. 304. lib. 5. Alex. con. 173. vol. 5. Io. de amicis consil. 10. Portius in his nostris terminis, consil. 15. num. 22.

NEC verum est, quod hæres esse dici non possit is, cui ad vitam tantum aliquid concessum sit. Nam vt hoc maxi- mè concedamus in contractibus emphyteuticis & feudalib- bus, de quibus loquitur Pontifex in d.c. nuper. de donatio: inter vir. & vxor. Tamen nō recipitur illa differentia in ma-

375. teria ultimarum voluntatum: † quilibet enim hæres de resti- tutione grauatus, videtur tantum usumfructum vitæ suæ tempore habere. l. Titia cum testamento. §. fin. ff. de leg. 2. Et viceversa, cui ususfructus legatus est, videtur esse legata- riū proprietatis, cum onere restituendi post mortem. l. spe- cies. ff. de aur. & arg. leg. l. donationes. §. species. ff. de dona- tio: Rom. con. 206. Alex. con. 40. nu. 9. lib. 4.

CVM igitur nihil adferatur, ex quo constanter inferri possit, testatorē ad ulteriores, quam eos, quos in testamento nominauit, voluntatem suam extendere voluisse, cūm hoc specialiter expressum nō fuerit. l. cum ita. §. in fideicomis- so. ff. de leg. 2. quare relicta hac quæstione, cui nimium diu- sa. H. immorati

immorati sumus, ad alia aduersariorum argumenta transcendemus, quibus conditionem, si sine liberis, alibi ad scriptam, h̄c quoq; repetendam esse, euincere volunt.

**V R C E N T** autem vel maximè clausulam illam relatiuam, quæ circa legatum Sebastiani secundæ substitutioni his verbis inserta est: omni modo, quemadmodum ego suprà de sorore mea, & fratribus & sororum liberis ordinaui, quam clausulam circa institutionem Petri, in ultima substitutione collateralium testator iterum repetit, inquiens: omni modo, quo suprà de aliis legatis ordinatū est. Ex quibus aperte colligi dicunt, testatorem in omnibus substitutionibus eundem disponendi modum obseruasse, & indè consequens esse, vt conditio, si sine liberis, quæ in Rudolphinæ & Sabinæ legato, nec non circa Petri institutionem, vbiq; liberorum substitutionibus reciprocis adiecta inuenitur, etiam in reciproca liberorum Sebastiani, ex similitudine & relatione dispositionum supplenda sit. l. qui filiab. ff. deleg. i. l. quæsumus. §. Papinianus. ff. de fundo instr. Aret.

376. con. 155. vers. & videtur dicendum: † Efficere enim istas clausulas relatiuas, vt eadem per omnia esse beat dispositio, quæ sit in relato. Imola. in l. si ita scripsero. ff. de cond. & de-

377. mon. l. aſſe toto. vbi Bart. ff. de hær. instit. & operari † illam particulam, omni modo, yt, quod in uno articulo omissum sit, suppleri debeat ex alio, ad quem fit relatio. sic Dec. con. 47. & conf. 182. & ad hoc propositum allegari etiam debuit Anchar. con. 371. Cùm nulla probabilis causa afferri possit, cur pronepotes testatoris ex fratre Sebastiano magis à legati emolumento & successione excludere voluerit, quam aliorum fratrum suorum. l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. l. si is qui. §. si quis, ibi: si nullas iustas causas habuerit. ff. de reb. dub. Et hæc optimè probari putant ex iis, quæ scribit Socy, Iun. con. 71. vol. 3.

**H**æc quidem speciosa videntur, si inciuliter, id est, dispositione nō tota perspecta, sed vna aliqua particula eius proposita iudicantur. l. inciule. ff. de legib.

„ **I N T E G R A** autem oratio sic habet: si verò ipse Sebastianus frater meus, nullos liberos ex corpore suo legitimè natos relinquere, tunc post illius mortem hoc legatum, ratione sortis, visus & proprietatis quoq; ad meos & ipsius fratres, & sorores, & ipsorum liberos æquis partibus in capita (omni modo, sicuti suprà de sorore mea, & mortuarum sororum liberis ordinaui) hæreditario iure deuolui, ipsos sequi, eorumque fieri debet.

**T O T V S** hic contextus tres articulos continet, primò & principaliter substitutionem fratribus & sororum, & ex iis testatoris nepotum: verùm cùm illa non ex omni parte suam perfectionem haberet, sed adhuc in dubio relinquetur, an in stirpes, vel in capita successio esse deberet, quod scribentes valde controuersum faciunt, super gl. in l. cum ita alias l. omnia. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. vbi tractant,

378. † quando filius in successione testamentaria obtineat locum, patris sui, cuius quæstionis veritatem propositis aliquot casibus diligenter enucleant. Couarruias practicarum quæstionum cap. 38. Bellonus consil. 50. Crotus consil. 9. Gratus con. 27. lib. 1. Benintenda. decis. 88. Carol. Molin. in addit: ad Alexand. consil. 26. vol. 3. Cephalus consil. 16. & consil. 283. Portius quatuor consiliis 52. 53. 54. & 55. Bursatus consil. 71. Gabrielius, tit. de fideicommiss. conclus. 3. lib. 4.

**D V B I T A T I O N I S.** itaque huius tollendæ gratia, testator secundo loco adiecit, diuisionem in viriles partes esse faciendam, cui quidem declarationi tertio loco per parenthesim, & antè completam orationem perviam cuiusdam cōmemorationis inseruit, se eodem modo suprà in reliquis obiectib.

379. legatis disposuisse, † Hæc autem verba, sicuti suprà &c. non habent effectum verè relationis, nec ponuntur conditiona- liter ad relatum, sed potius causatiuè. pertex. in c. abbate. S. Syluani. ext. de verb. signif. & in l. pen. C. de instit. & substit. vbi not. & Fely. in c. 2. num. 10. de rescript. Vndè condemnatus ad certum aliquid soluendum, secundùm quod ante- cessores sui consueuerunt, intelligitur, quia sic consue- sunt, & dicitur purè & simpliciter condemnatus, allegant ad hoc omnes tex. in l. eum qui. §. Julianus. vbi Bart. ff. de constit. pec. Bald. in extravagantia ad reprimendum, in ver- bo, prout &c. & scribentes in d. l. penul. C. de instit. & subst. Molin. in consil. Paris. §. 5. numer. 67. Catellianus. Cot.
380. tā in verbo, secundum, cuius † æquiuoca sunt dictiones: si- cut, prout infra &c. Alberic. in dictionario suo in verbo, iuxta.

381. Et licet eiusmodi dictiones relatiæ, † in casibus vbi omnimodam similitudinem relati & referentis arguunt, (id quando accidat, eleganter tradit Rom. con. 328. num. 7.)
382. tā omnes qualitates & conditiones termini relati in referen- te repetant, ei que includant, vulg. l. asse toto. ff. de hær. in- instit. not. in l. si donatio. C. de donat. l. Lucius. §. quisquis el. 2. ff. de leg. 2. l. qui plures. ff. de vsufr. leg. l. si quis ita. ff. de hære. instit. cum similibus: Denique etiam ipsa dispositio à relato limitationem & ampliationem recipiat. l. in testamento. ff. de cond. & demonstr. l. 2. ff. de hær. instit. Decius consil. 63. & in d. l. pen. C. de instit. & substit. Alex. con. 9. nu. 12. vol. 5. Molin. in d. §. 5. nu. 76. & 77.

383. PER MVLTA tamen † huius regulæ limitationes à dd. afferuntur, quarum octo ponit Felyn. in c. causam quæ. ext. de rescript. decem colligit Dec. in c. secundò requiris. ext. de appella. Triginta quinq; cumulauit Sebastianus Medi- ces. in hac ipsa regula relatum est in referente. Vnica autem distinctio

- distinctio Bartoli, quam facit in l. talis scriptura num. 3. ff. de leg. 1. totam quæstionem hanç nostram in terminis resol- uit, Vbi absq; alia exceptione generaliter concludit, † clau- sulam in medio alicuius articuli positam, ad illum tantum, non ad alios referri, si plures alios articulos contineat dis- positio, per text. in l. 3. §. filius. ff. de lib. & posthum. Atqui testator hic nihil aliud refert, quām voluntatem suam esse, ut collaterales pari modo in capita succedant, quemadmo- dum superiū in aliis legatis disposuerit, & sic modus tan- tum successionis repetitur, non cæteræ qualitates & condi- tiones, † cùm prædicatum ad subiectum suum, non ad aliud referendum sit, secundūm Molin. con. 27. nu. 14. arg. c. soli- tē. vbi not. extrā de maioritate, & obed. l. Si yno, in princ. & ibi Bart. & Salyc. ff. locati. l. damni infecti quidam, in princ. & ibi Angel. ff. de damno infecto. l. Si stipulatus. ff. de ysur. l. Insulam. ff. de præscript. verb. l. si seruus plurium, in fine. cum ibi not. ff. de leg. 1. Bartol. in l. Centurio. col. antepen. ff. devulg. & pup. c. fin. Vbi feudistæ, si de feudo fuer. con- trouer. in vsibus feudorum, cum similibus, Idem quod Bar- tol. concludit etiam Bened. Capra. consil. 44. nu. 11. affir- mans clausulam, positam inter verba alicuius capituli, ex pluribus in eodem testamento positis, restringi debere ad
386. materiam illius capituli, cui inclusa est, † quia medium sapit naturam extremorum. d. §. filius. l. si vero. §. quod si ex me- dia. ff. de his qui deieco. l. arbor quæ in confinio. ff. cōmu. di- uid. Boërius in terminis, decis. 146. num. 7. quæ quidem ex- trema in nostro casu nihil aliud continent, quām modum succedendi in capita: Ergò clausula relatiua non debet egredi eos terminos, quos testator circumposita parenthe- si exprefse præfiniuit. Boërius d. decis. 146. nu. 6. ibi: & sic facit vnam parenthesim, & demùm reddit ad propositū &c.
387. per regulam, quæ habetur apud dd. † illas tantum qualitates in relatione comprehendti, quæ reguntur ab eodem verbo.

- Bartol. & alij in l. 4. §. eritque differentia. ff. vi bon. rap. Alex. conf. 34. num. 6. lib. 6. Socyn. conf. 66. num. 14. vol. 3. Atqui verbum finale nostrae dispositionis (in cuius quasi si-  
nu continetur clausula relativa) ad solum modum successionis respicit; Igitur ea tantum hic referri nemini est du-  
biu[m], quæ suprà in aliis testamenti partibus circa eandem  
qualitatem diuidendæ hæreditatis disposita sunt. Ita Corn.  
conf. 4. nu. 5. & 6. vol. 2. Itaq[ue] vitiosa est hæc illatio: testator  
commemorat, quod fratres & fratum filios, in omnibus  
testamenti partibus equaliter in capita, nō in stirpes, substi-  
tuerit; Ergo probatur pares vbiq[ue] dispositiones, respectu alia-  
rum etiam personarum, qualitatum & cōditionum fecisse,  
**388.** ducta nimirum argumētandi ratione, t[em]p[or]e ab eo, quod verū est,  
secundūm quid, ad simpliciter, quæ satis nota est fallacia, &  
habetur de ea, in l. si dictum. §. in stipulatione, ff. de euictio:  
glos. prima. in l. pen. ff. de iustit. & iure. Bald. in l. si pater. §.  
qui duos. ff. de adoptio: l. post mortem. ff. quando ex fact.  
Euer. in loco à tanquam seu de respectiuis. Succedit itaque  
**389.** verior regula, t[em]p[or]e qualitatem vnius dispositionis ad aliam  
non referri. l. si necessarius. §. si annua. ff. de pig. action. l. si  
fundum. ff. de contrah. emp. Alciat. resp. 96. num. 26. ma-  
xime si inter se sint dissimilis naturæ & conditionis, sicuti  
est quæstio ex qua parte, & quæstio, sub qua conditione ali-  
quis succedat: Absurdè igitur arguitur, testatorem voluisse  
copulare tam diuersa ad eundem sensum. l. inter stipulan-  
tem. §. Sacram. ibi: Sed hæc dissimilia sunt. ff. de verb. obl.  
clem. l. §. ad hoc de præb. Io. de Imo. in c. cum dilecti, nu. 4.  
extræ de donationibus. Dec. consil. 213. Curt. Iun. conf. 9.  
nu. 12. Crauetta conf. 151. nu. 5.
- I**T A' etiam in proposito nostro egregiè interpretatur  
hanc clausulam relatiuam, vt suprà &c. Ruin. con. 127. nu. 5.  
**390.** vol. 2. inquiēs, t[em]p[or]e quod istius tantum rei & personæ qualitates  
& cōditiones repeatat, quib[us] est apposita, & ad quas se refert.  
Bart.

Bar. in l. si quis seruum. §. fin. ff. deleg. 2. Nequaquam au-  
tem inducere repetitionem alterius conditionis, cuius in  
dispositione illa, quæ se ad aliam refert, nō est facta mentio.  
l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. oblig. Et antè  
Ruin. clausulam, vt suprà dictum est, in hanc nostram sen-  
tentiam interpretatur Io. Bapt. Caccialupus inter consilia  
Socyn. con. 80. col. 3. sub finem. vol. 1. Ita quoq[ue] intelligen-  
da esse verba: ordine quo suprà &c. respōdet collegium Ti-  
cinense in causa Triuultiana nu. 287. & Anchar. Rieg. q. 7.  
antè nu. 13. parte 2. Io. Bapt. Plotus con. 14. nu. 12. Ludouic.  
Catus in subscriptione consilij 128. nu. 243. apud Socyn.

Iun. vol. 1. Mynsing. respō. 61. nu. 3. Et in individuo quæstio-  
nis nostræ quod clausula (& vt suprà) nō habeat relationem  
ad superiora, nec denotet testatorem voluisse substituere,  
sicut in superioribus fecerat, sed referatur ad illud verbum  
(in capita & non in stirpes) respondit Gratus con. 109. num.  
64. vers. nec obstat. lib. 2.

**C O N S I D E R A R I** quoque debet, quod tota illa dis-  
positio succedendi in capita vel in stirpes non congruit re-  
liquis substitutionibus, primis scilicet, vbi inter se substituū-  
tur fratres & sorores æqualis gradus, quod animaduertit, &  
vrgit etiā Bologninus con. 40. Igitur vocatio illa in capita,  
vnâ cum sua clausula relativa adaptanda est ad illas tantum  
dispositiones, vbi eodem modo in dispari gradu, fratres & fra-  
trum filii, equaliter tamen & in viriles partes substituūtur. l.  
Item veniunt. §. aptanda. ff. de pet. hær. l. 1. §. hoc edito. Vbi  
Bartol. num. 2. ff. de postul. Bald. in l. vinum. col. 4. ff. si cert.  
pet. Alex. in l. si sic stipulatus fuero. ff. de verb. oblig. & in  
l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdict. om. Iud. & in  
l. 3. in fine. Iason in l. 1. col. 2. C. de liber. præter. Cephal. con-  
sil. 153. num. 58. Natta conf. 459. num. 19. & optimè ad pro-  
positum faciunt dicta Alex. confil. 48. nu. 8. vol. 1. vbi scri-  
bit, conditionem, si diuiso fiat &c, non esse referendam ad  
aliud

- aliud caput statuti, quām id, vbi de materia communionis  
**391.** & diuisionis tractatur, & allegat Bartolum tradētem † clausulas appositas non principaliter per se, verū respectu aliquius dispositionis qualificatæ, ad eam tantum referendas esse, nunquām enim intelligi dealia. in l. fin. ff. de reb. dubiis. & idem repetit Alex. consil. 226. num. 9. vol. 6. Deniq;  
 hæc quæstio in terminis deciditur. per text. in l. i. §. deinde. ff. de postul. Vbi post tres ordines eorum, qui postulare non possunt, subiiciebatur talis clausula, ex his omnibus, qui suprà scripti sunt. Nihilominus tamen Vlpianus ad proximè præcedentia, id est, ad tertium ordinem prohibitorum verba illa referenda esse docet: quem textum in hanc etiam sententiam adducit Paul. Castr. con. 123. vol. 1. Et Mar. An- guissola. con. 190. num. 19.

**Q** uare si ipsa principalis ordinatio successionis in capita non inuenit locum commodum disponendi in reciproca liberorum Sebastiani, multò minus clausula ipsius accessoria, vt suprà &c. isthinc quicquām operabitur, sed potius ad suum principale, & eius qualitates restringenda venit, secundum Card. Albanum con. 1. nu. 9. Et concludunt Canonistæ in c. secundò requiris, vbi etiam Decius nu. 13. extrāde appellat. videtur enim ampliatiuē tantum, non ad limitandas alias dispositiones esse apposita, secundum Cephal. con. 78. nu. 3. Bursatus con. 189. nu. 71.

**Q** uod autem rationem diuersitatis quærunt, quam obrem sèpè citata clausula, omnimodo ut suprà &c. magis ad negotium & qualitates dispositionis (in qua continetur) quām generaliter ad alias quoq; substitutiones & conditio- nes referri debeat, cùm potius dicendum sit, testatorem eodem penitus modo de Sebastiani, quo anteà de Rudolphinæ & Sabinæ liberis cauerat, disponere voluisse.

**P**rimo respondetur, sufficienes illas esse rationes, quæ ex diuersitate personarum & graduum, nec non dissimili-

militudine conditionum & qualitatum desumuntur, per supradicta, & ita in specie decidit Nicol. Boëtius d. decis.

146. nu. 3. per d. l. 3. §. filius. ff. de lib. & posthum. l. cohæredi.

§. qui patrem. ff. de vulg. & pupill. Alex. d. consil. 226. vol. 6.

Cui subscriptis Baglionus demonte, inter consilia ultima-

- 392.** rum voluntatum. consil. 130. † Et quia clausulæ, quæ in te-

stamentis adscribuntur, aliquando inferunt dilationem, aliquando priuationem, sèpenumero conditionem, interdum (vt hīc in nostro casu ratione diuisionis legati) continent modum, & multoties limitationē, tamē ex sententia Boërij d. decis. 146. nu. 7. non debent inter se confundi diversi eiusmodi effectus. d. l. Item veniunt. §. præter hæc in fi-

- 393.** ne, ibi: † Aptanda est igitur nobis singulis verbis Senatus- consulti congruens interpretatio. ff. de petit. hæred. l. etiā

si à patre. §. ex causa. ibi: si species, in qua pupillus in integrum restitui desiderat, cæteris speciebus non cohæret, nihil proponi &c. ff. de minor: Addit. glos. in l. si negotium. C. de neg. gest. & notat Angel. in l. fin. C. de fideicommiss. Dec. consil. 291. col. penult. eruditiss. quoque Tib. Dec. consil. 17. num. 38. vol. 1.

- I**NDE vehementer commendatur regula, quam tra-
- 394.** dit Cumanus consil. 22. † In legis separatim relictis, non es-

se laborandum de ratione diuersitatis, sufficere enim verba & voluntatem testatoris. l. quia poterat. ff. ad Trebell. Hoc enim eius dictum extollunt Molin. in cons. Paris. §. 37. gl. 1. num. 5. Natta consil. 459. num. 8. & Hyppol. Rimini. consil. 171. num. 22. & 60.

**I**mo nec ex paritate quidem rationis extendi conditionem, si sine liberis &c. suprà probauimus ex Ruino in rubr. sol. matr. num. 12.

- 395.** **S**ICVTI † nec ex paritate rationis ad alios casus & dis- positiones extenduntur ea, quæ exorbitant à iure communi. glos. in c. in fidei, in verbo, inquisitionis, de hæretic. li. 6.

text. in c. constitutionem, & ibi gl. in verbo prorogamus de regularib. l. vxori. & ibi not. ff. deleg. 3. & glo. in l. talis scriputra, deleg. 1. & Bart. in l. prætor. §. eritq; differentia. ff. vi bon. rap. tradit Socy. cō. 115. nu. 22. vol. 4. & Gozad. con. 6. nu. 30. & ita in terminis arguit Socyn. Iun. con. 13. nu. 32. in 3. Tib. Dec. con. 1. nu. 148. vol. 2. Nicol. Euerh. cōs. 6. Exorbitat autem à iure cōmuni, vt conditio, si sine liberis, vbi non est apposita, subintelligatur. Imol. in l. filio præterito. col. 9. versic. Item non obstat ratio. ff. de iniust. testam. Socyn. in l. cum auus. col. 21. versic. sextò infertur. ff. de cond. & dem. Tiraquell. in l. sive nquam, in verbo libertis nu. 26. C. de reuoc. don. Zanchius in d. §. cum ita. parte 2. nume. 95. & parte 4. num. 330.

Postremo, si quis totam dispositionem legati, quod Sabinæ relictum fuit, & omnes eius clausulas benè inspiciat, statim animaduertet, testatorem duo tantùm illa legata, Rudolphinæ nimirum & Sabinæ, in omnibus casibus similia esse voluisse. Tres enim ibi clausulas repetitiuas posuit: prima habetur in eo loco, vbi collaterales ex prima substitutione in viriles portiones vocantur, adiectis verbis repetitiuis, yt suprà dictum est. Et hæc pars dispositionis omnino congruit substitutioni collateralium factæ postea circa legatum liberorum Sebastiani.

ALTERA repetitio continetur in exclusione VVilhelmi patris Sabinæ, vbi commemorat testator, quod dictum VVilhelmum suprà in legato Rudolphinæ excluserit, puta, si ad ipsius filiam Sabinam aliquid ex tali legato Rudolphinæ reliquo, ratione substitutionis perueniret, Quod, inquit testator, ego huc deductum, & verbotenus repetitum, & renouatum esse volo; de exclusione procul dubio & non aliis primi legati clausulis & conditionibus sentiens. Nam particula relativa, Q u o d, vim restrictiuam habet, nec extenditorationem ad alia, quam ea, quæ ab eo-

dem

dem verbo reguntur, licet D. Consulens notans ad marginem, vniuersalem faciat, sed perperam. l. quod ait lex. ff. de diuor. l. à filio. §. 1. ff. de adim. leg. l. cum in testamento. ff. de aur. & argen. leg. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. l. Stichum qui meus erit. ff. deleg. 1. l. 1. in fine. ff. de cond. & demonstr. Corn. consil. 4. nume. 6, vol. 2. Ruin. consil. 217. num. 9. vol. 1.

DE M Y M & tertio loco per verba vniuersalia, In allen vnd jeglichen s̄ezgemelten vnd andern fällen. Id est, in omnibus & singulis iam commemoratis & aliis casibus, præcedens legatum Rudolphinæ, in hoc legato Sabinæ, de verbo ad verbum reiteratum & repetitum esse vult.

Ex quibus verbis manifestè colligitur, priores illas particulas relativa, vt suprà &c. quod &c. tam in hoc legato, quam in sequentibus dispositionibus circa legatum liberorum Sebastiani, & institutionem Petri non fuisse vniuersales, nec omnes qualitates & conditiones æquales facere, sed eam tantum partem dispositionis repetere, cui insertæ sunt, scilicet, successionem in capita, & exclusiō nem parentum, † nec continere maiora expressis, sicuti potestā inferunt verba illa generalia seorsim & principaliter per se posita. Bartol. in d. l. fin. ff. de rebus dub. Alex. in d. consil. 48. numero 8. vol. 1. & consil. 226. numero 9. vol. 6.

396.

Postrema enim clausula, In allen vnd jeglichen s̄ezgemelten vnd andern fällen ic. In iam dictis & aliis casibus vere demonstrat, testatorem hic maiora expressis, alibi vero specificata tantum includere voluisse. l. vñica. C. vt actio: ab hæred. &c. l. illud. C. de Sacros. Eccles. l. defensores 2. C. de defensor: ciuit. l. rescripto. ff. de munere & honor: l. stipulationes commodissimum. ff. de verb. oblig. Socyn. consil. 47. nume. 30. vol. 4. Paris. consil. 39. nume. 22. lib. 1. Crauetta consil. 209. nume. 5. Quoniam sicuti testator legatum Sabinæ cum Rudolphine legato, per verba generalia &

Z 2

gemi-

geminata, in omnibus & per omnia exæquauit: Ita etiam in sequentibus dispositionibus concernentibus legatum liberorum Sebastiani, & institutionem Petri, verba facere sciuisse, nec se præcisè ad repetitionem successionis in capitare restrinxisset. d. §. sin autem ad deficientis, & suprà nu. 360. Ex quo vrgens præsumptio oritur, talem generalem repetitionem alibi consultò omissam fuisse. Ita in proposito nostro consuluit Syluanus consil. 64. num. 17. Nam qualitas vni adiecta, censemur alteri denegata. l. cum prætor, ff. de iudic. cum similibus.

D E N I Q U E id, quod aduersarij de repetitione, & paritate omnium dispositionum somniant, euidenter cōfutatur, primò ex clausula illa præliminari: posteà dispono, ordinò & lego, vt deinceps discretè & præcisè sequitur.

Q V A M præfationem & declarationem voluntatis testatoris aduersarij magno studio omiserunt; Imò suppresserunt potius, dum ipsum testamentū, eiusq; dispositiones in publicum editis suis consiliis præfigerent, potior aut̄ debet esse iudici audacib, aduersariorum interpretationi culis hæc clara significatio mentis, quā testator tam perspicuis, geminatis, & obid enixis verbis indicat, secūdūm Bald. in authē. nisi rogati. col. 2. vers. nam vbi. C. ad Trebell. Paris. cō. 1. nu. 29. in fine. vol. 3. & con. 3. nu. 57. eo vol. Alex. con. 52. nu. 25. vol. 4. Grammatic. con. 105. nu. 6. & 7.

D E I N D E manifestè excluditur generalis repetitio & affectata pariformitas omnium dispositionum, per clausulam illam, quam testator ab initio & in fine suprà citatæ generalis repetitionis in Sabiniano legato posuit, ibi: *Ders gleichen ist auch dises geschicks vnd Legats halber mein will vnd ordnung ic.* Et in fine: *Welches ich dann hieher dises meines geschicks halben ic, ernewert ic.* Vbi testator disertis & geminatis verbis indicat, se istius legati sui gratia, quod **S A B I N A**. reliquerat, repetitionem illam inducere.

Quæ

397. Quæ † pronomina, istud, hoc, ad oculum demonstrant rem, & dispositionem, cui adiiciuntur. dd. in l. r. §. hoc edito. ff. de nou. oper. nunci: & proximè tantum dicta respi- ciunt, Benincasius in §. actionum. num. 538. Instit. de actio: Quarè si plures sunt partes alicuius edicti seu testamenti, illam præcisè designant, cui tale pronomen apponitur, non alias partes. facit gl. in l. duob. §. Item Pomponius. verbo, ex hac parte. ff. de Iure iur.

I T A Q U E dispositio, quę coniuncta est pronomini, huic, isti, &c. nulla ratione interpretatiua ad aliā produci potest, scilicet, si corām habeatur illa dispositio. l. nemo dubitat. ff. de hæred. institut. l. coram. ff. de verb. sig. & ita concludunt omnes in d. §. hoc edito, vbi latè Paris. nu. 40. Vndè etiam testis, qui cùm anteà iuratus dixisset in palatio Episcopi rem gestam, & posteà iterum in alio palatio examinatus respondeat, in hoc, vbi testimonium dicit, factum esse, falsi argui- tur; quandoquidem pronomē, hoc, illud tantūm palatum demonstrat, in quo testis constitutus est, nec vlla interpre- tatione congrua, ad aliud palatum (Episcopi nimirum de quo priùs dixerat) referri potest. & licet dd. ibi testimonium hoc modo dicentem à crimine falsi communiter liberent; decidunt tamen, eius dicta, tanquam pugnantia, nihil probare.

E A D E M ratione verum non erit, quòd generalis repetitio omnium qualitatum & conditionum, quæ huius Sabini- niani tantūm legati causa à testatore introducta est, ad Se- bastiani liberos vel alios legatarios pertineat, signum enim particulare, veluti sunt pronomina, hoc, istud, derogant vniuersali, de quo Bal. in d. l. cohæredi. §. si patrem. ff. de vulg. & pupill. vndè sub tali signo particuliari prolata in aliis legati locum non habent. Ita in terminis Lud. Bologninus con. 40. vers. & ad supradicta &c. August. Beroius. con. 57. nu. 69. vol. 3. Decis. pedem: 112. nume. 4. Menoch. con. 177. num. 19.

398. quinimò † verba arctatiua siue restrictiua restringunt, etiā si maior aliqua ratio suaderet, ne restrictio fieret, vti notatur in §. manifestum, in Authen. de rest. fideicom. & voluit Bal. cons. 446. ante finem, lib. 5. Tiraq. de retractu municip. §. 1. gl. 14. nu. 101.

**P R A E T E R E A** addit testator particulam causalem, inquit enim, se huius legati causa, seu gratia (diesen geschickte halben) dispositiones prioris legati hīc repetere, & sic correspondiūe sese habent vtrunque legatum, Rudolphinæ & Sabinæ, vnda allegata, quæ sequuntur, porrigi non debent, perea, quæ traduntur & cumulantur à Nicol. Euerhardo in loco, à tanquam seu respectiuis, & quæ scribunt Bal. & Imol.

399. in l. illam. C. de colla. † Nam vbi vnum ex correspondiuis cefsat, tunc deficit etiam aliud. l. etiam. §. ex causa. ff. de minor: l. filio. §. matri. l. alunæ. §. Seia. ff. de adim. leg. Alex. con. III. nu. 3. vol. 3. Crauetta cons. 230. Menoch. cons. 92. nu. 42.

**A B S O L V T I S** autem his duobus legatis testator tertiam partem testamenti sui (vbi agitur de legato liberorum Sebastiani) his verbis exorditur: Darnach schaffe/vnd schreibe ich Marren vnd Christoffen/ den Honolden/ gebürdern/ „vnd Magdalenen ihrer schwester zc. id est, post hæc ordino & lego Mareo & Christophoro Honoldis, & Magdalenaſe so-  
400. „ rori ipsorum &c. † Quæ particula, darnach / id est, posteā, omnino segregat hanc dispositionem a præcedentibus, si- gnificat enim interuallum temporis. c. non solum, in princ. vbi Gemin. de appell. in 6. Bar. in l. fructus, circa finem. ff. so- luit. matrim. Alciat. in rubr. ff. de nou. op. nunc. nu. 59. Ruin. in l. Gallus, nu. 37. ff. de lib. & posthum. & hanc dictiōnem.  
**P O S T E A**, non otiosam esse, monet Zasius in l. certi condi-  
tio. §. depositi apud te. nu. 5. ff. si cert. pet. & in l. ait prætor. i.  
§. si neque, num. 6. ff. de Iureiu. vnde iterum sequitur, quod conditiones & qualitates antecedentium dispositionum, & quæ inter se sub clausula (huius legati gratia &c.) adæquatæ sunt

sunt, ad hoc sequens relictum vires suas nequaquam exten- dere possint. l. si ita stipulatus fuero hanc sumimam. 120. ff. de verb. oblig.

**I T A Q U E** argumentis D. Consulentis, non solùm com- munes Regulæ iuris, quæ de materia repetitionum, à dd. vii suprà enumerauimus, passim tradūtur, verùm illa ipsa clara verba testatoris aduersantur.

**L I C E T** interim verum sit, secundam dispositionem, vbi liberis Sebastiani collaterales substituuntur, quatenus successionem in capita respicit, cæteris superioribus substi- tutionibus æquiparari, sed vltérius, quam verba æquiparan- tia prolatæ sunt, nō extendi. ita in proposito nostro respon- det Alciatus con. 517. vers. & sciendum est, citat l. 1. §. lex Fal- cidia. ff. ad l. Falcidiam. Qui in eodem casu consuluit cum Socy. Iun. con. 71. vol. 3. Cuius decisionem perperam ad no- strum casum trahit D. Consulens num. 73. ibi enim testator nō certum aliquem articulum posterioris legati, sed totam dispositionem cum omnibus modis & conditionibus (ita enim habent verba) priori legato similem esse voluit.

**A C C E D A M V S M O D O A D A L T E R A M** repetendæ conditionis, si sine liberis &c. speciem seu ratio- nem, quam aduersarij sic formant: cùm in posteriore substi- tutionis parte ad legatum 1600. aureorum, cognatio fra- trum & sororum sub hac conditione vocata sit, vbi Seba- stianus nullis ex se relictis liberis decessisset, aut liberi eius omnes absquæ liberis obiissent, igitur verisimile & præsum- ptum esse, qua affectione testator hosce pronepotes ex fra- tre, respectu collateralium, in conditione positos, iis præ- ferre voluerit, eodem etiam iudicio, quoad priorem substi- tutionem reciprocam in conditione ponere, & substitutis ibi Sebastiani liberis primi gradus anteferre voluisse.

BREVITER respondetur, hanc illationem tam ratione antecedentis, quam consequentis (sicuti ad pleraque alia superius cōfutata argumenta notauiimus) vanam & fugitiuam esse. Et quod clausula: *Verließ aber er Sebastian mein Brüder der fain eheleiblich find ic.* (id est, si vero ipse Sebastianus frater meus nullum relinqueret filium ex suo corpore legitimè natum &c.) non comprehendat liberorum liberos.

DESTR VCTO igitur hoc antecedente, necesse est omnia ea, quæ in consequentiam adducuntur, perire. l. i. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. l. illud. & l. si ego. ff. de acquir. hærc.

IMO etiam seruato hoc antecedenti, & posito quod testatoris prænepotes ex fratre, id est liberi Marci, in conditione negatiua, secundæ substitutionis continerentur, inde tamen non ea necessariò inferri possent, quæ aduersarij, nulla penitus iuris interpretatione ad stipulante, causæ suæ inservientes colligunt.

PRI MO enim contrarietatis (vt ipsi volunt) testator argui non potest, etiam si ex eius voluntate liberi Marci collateralibus secundo loco substitutis præferantur, vocatis autem priori loco postponantur, stante nimis diuersitate personarum, casuum, & dispositionum, per toties allegatam regulam Bar. in l. fin. ff. de reb. dub. scilicet conditionem adiectam secundæ dispositioni, ad priorē non referri, quem sequuntur ultra eos, quos supra commemorauimus, Ruin. in l. quæ conditio. ff. de cond. & demon. Socyn. con. 100. nu. 19. & 25. vol. 3. Paris. con. 86. num. 48. vol. 2. Menoch. con. 130. nu. 10. & con. 177. nu. 13. Cephal. con. 528. nu. 42. Copiosissime Borg. Caualcan. dev. sufr. mul. rel. nu. 139. Zanchus in d. §. cum ita. parte. 6. num. 224. & aliquot seq. Dec. con. 394. vbi 401. concludit (& benè vt ibi addit Molin.) t̄ substitutione in factam filiis præcedentibus ipsi testatori non porrigi, nec ex verbis, nec ex mente ad casum, quo filij decedant post mortem testatoris, quem refert Petr. Anton. Anguifola. con. 55.

nu. xx.

nu. ii. lib. 6. Clariū & ferè in indiuiduo quæstionis nostræ, 402 firmatidem Decius inter cōsilia Socy. Iun. con. 128. nu. 202. vers. aliquandò & tertio &c. lib. i. conditionem liberorum in secunda substitutione adscriptam, non trahi ad primam simpliciter factam, quod eodem loco pro constanti etiam tradit Ludouicus Catus nu. 243. & in eandem sententiam conueniunt ibi, & concorditer decidunt viginti duo dd. in Italia & Cephalus con. 67. nu. 14. ita etiam per plures excellentes doctores consultum fuisse refert Cur. Iun. con. 33. in 402. fine. Nec mirum, t̄ cūm testator, vt inquit Iurisc. in singulos casus alium atquè alium vocare possit. l. cum filio. §. i. ff. de vulg. l. quia poterat. ff. ad Trebell. Ruin. con. 102. sub finem. 403. vol. 2. Quod adeò verum est, t̄ vt in separatim & diuerso modo dispositis etiam diuersitatis ratio non sit quærenda, auctore Cumanō, quem nunc sāpius allegauimus con. 22.

EADM quoquè ratione remouetur illud alterum ad miniculum, quod quærunt ex dispositione. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. iterum enim præsupposito, quod nepotes Scbastiani, id est, Kindesfinder/ causa excludendi secundò substitutos, à toto legato, in conditionem essent positi, non propterea sequitur, quod D. Magdalena in priori reciproca ad portionem præcedentis Marci vocata, 404. tam, similiter excludant, Regula enim, t̄ vt idem ius statuat de parte, quo ad partem, quod de toto, quo ad totum, quæ à dd. in §. cum ita, examinatur, non habet locum, vbi diuersæ sunt rationes. & dispositiones, per plura, quæ allegat Zanchus in d. §. cum ita. parte. 3. nu. 220. & Nicol. Euerar. in loco à toto ad partem: admissi itaq; ab intestato fuisse ne potes ad totum, propter conditionem secundæ substitutioni adscriptam, sed in eo tantum casu, quādō totum legatum iam vacasset, id est, tam gradus institutorum, quam substitutorum primo loco defecissent, per tex. & gl. in l. quidam testamento. ff. de vulg. & pup.

**E**VERTITVR etiam illatio, quæ toties ex dispositione l.generaliter. C.de instit. & substi.refricatur, scilicet tantum esse fauore semel expressæ conditionis, si sine liberis, vt contra proprietatem verborū plures conditiones alternatiæ & disiunctim positæ, coniunctim & copulatiæ intelligantur, ne quo videlicet casu liberi excludantur, qui fauor etiam ad testamentum extranei in d.l.generaliter, extensus reperiatur.

**A**T T A M E N vt maximè verum sit, quod disiunctiuæ tali casu resoluatur in coniunctam, non tamē propterea inducit repetitionem conditionis vnius dispositionis in alia, per suprà dicta, necefficit, vt aduersatiuæ inter se posita coniungantur, imò potiùs aduersantur sibi inuicem eiusmodi dispositiones in iure, & in facto, vndè quod in vna dispositum est, ad aliam trahi non potest, nempe si talis aduersatiua ponitur sine copula, vt plenè not. in l.patrī & filiī per Bar. & alios. ff. de vulg. & pup. sub tali autem aduersatiua concepta est vtraquè substitutio; Prima enim ita incipit: *Dann so er Kinder verlassen wurd/ id est, nam si liberos relicturus esset,* Secunda: *verließ aber er Sebastian mein brüder fain eheleiblich kind/ sc. si autem ipse Sebastianus frater meus nullos liberos à se in matrimonio generatos relinquaret &c.* Nullo 405. igitur modo secundæ substitutionis conditio negatiua, si sine &c. producenda est ad casum oppositum primæ substitutionis conceptæ sub conditione affirmatiua, sicum &c. prout suprà quoq; nu. 144. vers. ex eodem fundamento &c. notauiimus. Quandoquidē planè contraria sunt, sine liberis decedere, & cum liberis decedere, ita, vt vno posito alterum tollatur. I.hæc verba ille aut ille, ibi: aut dies, aut nox est. ff. de verb. sig. gl. in l.3. ff. vt leg. nom. caue: & sub conditione relatorū liberorū primi capit is illa conditio, si sine &c. omnino extinguitur, quod etiā vrget Socy. Iun. con. 100. nu. 23. & 24. quem tamē aduersarij aliâs pro se allegant vol. 3. Allegans patrum suum in l. Plautius, vbi etiā Bar. ff. de cond. & dem. dispositio

dispositio igitur in casibus, vbi posset trahi ad alium casum, nunquā tamen extenditur ad casum illi oppositum pertex. & ibi not. Bal. & Imola. in l. eum qui duob. ff. de adq. hær. & Ang. in l. si pater filium. ff. de vulg. Rimin. cons. 105. nu. 18. & con. 119. nu. 34. & cons. 737. nu. 32. Natta. cons. 442. nu. 8. Beroius con. 98. antè nu. 4. vol. 2. Zanchus in d. S. cū ita, parte 2. nu. 78. Quia posito vno cōtrariorum in esse, remouetur reliquū, t& quod alicui conuenit, id eius contrario cōuenire non potest. Nicol. Euerh. in loco à pugnantib. seu oppositis.

**E**t reuera mirabilis, ne dicā monstrofa, est hæc epagoge, dum aduersarij rationem suam conjecturandi hoc loco ita formant. Primò, inquiunt, secundæ substitutionis cōditio, si sine liberis &c. continet etiā liberorū liberos, quod negatur.

**S**ECUNDО, talis cōditio secundæ substitutionis in priori substitutione repeti debet, quod itidem, tāquam communi interpretationi Doctorum contrariū, nequaquā cōceditur.

**T**ERTIO volunt, repeti conditionem negatiuam in ea dispositione, quæ affirmatiuam conditionem habet, & sic fingunt duo contraria in eodem subiecto.

**Q**UARTO contendunt, eiusmodi conditionē negatiuā, & pertacitam repetitionem subauditam disponere, idque à contratio sensu, quod non admittitur. Gratus con. 3. nu. 22. vol. 1. & contra cōmunem dicit Hyp. Bonacossa com. opin. crimin. lib. 2. verbo argumentum à contrario sensu.

**Q**VINTO & vltimò ex his tā absonis demum vocationē ordinis successiui se euicisse putat, parū memores, tārgumē tū, quod in forma inductiuæ profertur, nihil cōcludere, vbi medianō quadrat & se cōsequuntur, Nicol. Euerh. in loco à primo ad vltimū; est enim inductio secundūm Ciceronē & alios, à rebus nō dubiis, ad id quod dubium videtur, liquida collectio. Vndè vitiosa est huius argumentationis species, si talia colliguntur, q̄, pbabiliter negari possunt, sicuti monet Zafius in Rhetoricā Ciceronis ad Herennium, tit. de inductione.

**SEQVITVR MODO TERTIA ET VLTIMA**  
pars huius quarti argumenti, vbi sumpta iterum ratione  
conieeturandi ab exclusione matris, sit denuò longa & ob-  
scurissima collectio in hunc ferè modum.

**I.** MATR i ibidem per testatorē ademptum esse, nevlo  
casu liberis in hoc legato succederet, vbi aliās iure & con-  
suetudine admitti posset, nisi per substitutionem exclude-  
retur.

**II.** Q u i casus contingere nō potuerit, nisi quandō omnes  
liberi ex Sebastiano nullare relicta sobole deceſſissent; Quasi  
aliās superstibus liberis vel nepotibus ex Sebastianō sem-  
per casus aliquis euenire potuerit, vt matrem admitti ne-  
ceſſe fuerit,

**III.** F A T E N D V M igitur, secundam substitutionem, licet  
conceptam sub conditione, si sine liberis, nō propterea esse  
extinctam, quia Sebastianus liberos habuerit.

**IV.** A L I A s, contra præceptum testatoris, locum futurum  
maternā successioni, si hodiè superesset mater, & D. Mag-  
dalena absq; liberis obiret, atq; illam tam enixam exclusio-  
nem elusam iri,

**V.** C v m autem hoc dicendum non sit, & exclusio vñācum  
substitutione adhucduret, succedere regulam, quam dat  
Bartol. in l. 2. §. videndum. ff. ad S. C. Tertull. vt excluso ali-  
quo, in eius locum succedant illi, quorū contemplatione  
exclusio facta est.

**VI.** EXCLVSAM verò fuisse matrem tam respectu liberorum  
superstium (inter quos connumerat etiam liberos Marci)  
quām substitutorum collateralium.

**VII.** SED negari non posse, quin testator liberos ex Sebastianō  
superstites, substitutis collateralibus prædilexerit, quan-  
doquidem in defectum eorum, collaterales demūm admit-  
ti voluerit.

CONSE-

**VIII.** C O N S E Q V E N S igitur esse, si D. Magdalena, viuente  
adhuc matre, etiam hodiè sine liberis decederet, quòd vir-  
tute exclusionis maternā (vt sit qui in eius locum succedat)  
per prius vocati dici debeant Marci liberi.

**IX.** N E c quicquām mutare, quòd matre iamdudum ex-  
tincta, et sic eius exclusione sublata, ex ea, ad vocationem  
liberorum Marci, si D. Magdalena sine liberis obiret, am-  
plius argui non possit, Cùm non tam ad incertam matris vi-  
tæ conditionem, quām ad casum, quo superstes succedere  
posset, respectum habuisse videatur testator.

**X.** V E R V M ne substituti collaterales, si ipsi quoq; Marci  
liberi in humanis aliquandō esse desisſent, beneficio testa-  
toris fraudarentur, tacite in liberorum liberis repetitam  
censeri reciprocam priùs Sebastiani liberis primi gradus  
factam, vt sic ad vltimum eorum totum legatum p̄uenire  
possit, porrò substitutis collateralib. relinquendum.

I N D E deniq; hanc emergere conclusionem, vt quem-  
admodum in hac posteriori tacita, ita quoquè in priori ex-  
pressa reciproca substitutione contineatur presumta con-  
ditio, si sine liberis, Quia tacitæ substitutions, quæ ab ex-  
pressis colliguntur, similes esse dicantur expressis.

D E M V M itaq; concludenter inferri, Marci liberos  
in duobus casibus ad legatum istud vocatos fuisse & admit-  
ti debere.

P R I M O, si viuo Sebastiano Marcus, & post eum D. Ma-  
gdalena viētrix absq; liberis deceſſisset, de quo circa primū  
& tertium argumentum,

S E C U N D O si etiamnum nullis ex se liberis relictis ob-  
ierit Magdalena. Non esse igitur verisimile, quos in duobus  
casibus totum habere voluerit, eosdem à portione paterna  
per reciprocam excludere, Et posteā defuncta sine liberis  
D. Magdalena mediante exclusione matris denuò admit-  
tere cogitauerit testator; Cui fortissimæ coniecturæ acce-  
dere

a 3

dere etiam, quod ante in defuncte Rudolphinæ legato admissi iam sint Marci liberi.

Et quod mortuis Petri aut Sabinæ liberis absque aliis descendantib, ad fideicommissum in locum Marci adhuc admittendi sint hi nepotes, & id euidentissimum esse, ex Sabinæ legativerbis, Vbi in defectum secundo loco substitutorum fratum & sororum, eorundemq; descendantium vocentur demùm alij proximi testatoris cognati.

Certe non minùs verè, quam eleganter ex Friderici Senensis cons. 254. notat Zasius in Apologia sua, contra Io. Ekium, † circa veritatem omnia esse plana, sed contra eam magno angore & labore argumenta trahi. Quid enim de voluntate testatoris magis incertū & illiquidum, quam per eiusmodi laboriosam multarum subsumptionū collectione in, in medium produci potuit, quam tamen illi inter cæteras coniecturas Achillem putant, et vel maximè causæ iugulum premere gloriantur.

No n ingrediemur nunc disputationē illam, quæ olim tempore Curiani Iudicij (de quo frequens apud Ciceronem & Quintilianū est mentio) viguit, & hodiè quoq; inter dd. 408. controvèrtitur, † an voluntas testatoris sit præferēda verbis, sicuti latè tractatur hęc quæstio à Tiraquell. in l. si vnq. verbo libertis. C. de reuocan. dona. & à Zancho in d. §. cum ita. parte 3. nu. 46. & multis seq. Eleganter de ea disputat quoq; 409. Viglius in instit. tit. de pup. subst. omnes aut̄ consentiūt, † In verbis claris nō esse admittendam voluntatis quæstionem. l. ille autille. §. cum in verbis, & l. non aliter. ff. de leg. 3. l. si quis filium. C. de lib. præt. & l. si alij. ff. de vſu fru. leg. cum similib. Nam vbi verba sunt clara, omnis interpretatio censem̄tur esse calumniosa, secundum Ripam in l. vbi pure. §. i. nu. 5. ff. ad Trebell. Adquod propositum pulchrè facit dictum Laetantij, diuin. Instit. li. 3. cap. 27. Scilicet vbi coniecturis 410. res agitur, multa etiā diuerſia & varia solere proferri, † Itaq; stultissimi

stultissimi esse hominis, ea velle sequi, quæ, vtrum vera sint an falsa, dubitari possit.

SED & illi quoque, qui maximè contendunt, mentem 412. verbis præferendam esse, † non tamen aliter hoc dictum recipiunt, quam si voluntas testatoris tacita, ab expresso aliquo resulset; aliter enim non possumus de mente alicuius coniicere, secundum Bald. in l. vnicā. in fine. C. de his, qui antè aper. tab. Ripa in d. §. cum ita. nu. 34. vbi Zanchus copiosè parte 3. nu. 72. & Zuntus pro vxore nu. 115.

Nec sufficit, quod coniectura aliqua probabiliter nobis persuadeat, aliam fuisse mentem testatoris, quam verba ipsius demonstrant, sed requiritur, vt ab expresso aliquo indubitate colligi possit, ita eum voluisse, sicuti asserimus. Socyn. Iun. sèpè all. con. 128. Et omnes, qui ibi subscripterunt vol. i. Et quod adeò sit verisimilis talis voluntas, quam coniecturando inuestigamus, vt contrarium ab aliquo credinequeat. Socyn. cons. 76. num. 7. vol. 3. & in l. in ambiguo. col. pen. ff. de reb. dub. Hiero. Gabrielius con. 111. num. 11. Petr.

413. Ant. Angusola. cons. 55. lib. 6. Item Menochius, † qui pulchrè distinguit inter coniecturas excogitatas ab homine tantum citra approbationem legis, & eas, quibus lex assistit, in cons. 85. num. 87.

TALIA verò non sunt, quæ pro coniecturis hic adducuntur; Imò ipsum principium earum falsum esse comprehenditur: Testatore enim matrem non generaliter, sed specificè in iis tantum casibus exclusit, vbi ex iure vel consuetudine admitti posset, nisi hæc secunda substitutione obstaret. Ita enim habent verba: Wo ich diß mein geschick nit gehon hett/ id est, nisi hoc meum legatū (intelligit de fideicommisso) fecisse: Restrinxit itaq; materna exclusio expressis verbis ad hanc substitutionem, cui apponitur. Quæratio igitur nos adducet, vt eam generalem fingamus, & id quod testator limitatiū dixit/ vñs pronomine H o c) ad omnes casus exten-

- extendamus, contra text. in l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebell. Et in l. i. §. sed videndum. ff. de success. edicto. & contra regulam, quæ in materia exclusiva seu priuatua tra-  
**414.** ditur, † Ut ad id quod non est expressum, exclusio non por-  
rigatur. Bald. in l. super Chyrographis nu. 3. C. si cert. pet. &  
in authen. ex testamento. num. 5. C. de secund. nupt. quam  
sententiam probat text. §. cum igitur, in authen. de non eli-  
gendo secundo nub. ibi: nō est lex aliquid tale dicens. Et in  
l. at si quis. §. Diuus. ff. de relig. & sumpt. fun. Alex. con. 107.  
col. penult. vol. i. Menoch. cons. 150. nu. 27. Aug. Beroius  
cons. 112. nu. 4. vol. 2. Ratio est, quia exclusio censetur odio-  
**415.** fa & stricti iuris, † Ideò exclusus ab uno iure non videtur ex-  
cludi ab alio. Bart. in l. si domus. per illum text. ff. de seruit.  
vrb. præd. Dec. in c. pastoralis. col. 7. ff. de exceptio: Crauet-  
ta cons. 259. num. 8.

S V M P T V M igitur h̄ic est initium coniecturandi ab eo, quod aduersatur tam verbis testatoris, quam communis interpretationi iuris communis, & tamen presumpciones

- 416.** oriri debent ab expresso aliquo, vti iam diximus, † & habe-  
re primordium naturale, vndē sumantur, non fictum. arg. l.  
i. §. si quis ita. & in l. sciendum, vbi plenè Bolognetus. ff. de  
verb. obli. Idem Bolognetus con. i. nu. 122.

- A B HOC falso igitur & ficto principio proficiscitur falsa quoq; illatio, quam D. Consulens per sequentes tres articulos demum colligit, secundam nimirum substitutionem non esse extinctam, licet conditio eius (videlicet, si sine liberis Sebastianus decebat) nō extiterit, quasi magis ad perpetuam exclusionem maternam, quam ad conditionem à testatore substitutioni appositam respiciendum sit; quod genus interpretationis à iure alienum est: Ex sententia enim  
**417.** Bartoli in l. i. nu. 17. ff. de vulg. † quælibet substitutio condi-  
tionalis duo habet extrema, seu capita, scilicet, vñ ex parte  
eius, cui substituitur, quod semper dicit esse priuatuum, seu  
neg-

negatiuum, siue tacitè subintelligatur, siue expressum inueniatur. Alterum caput vel extremum respicit personā, quæ substituitur & semper est affirmatiuum, seu posituum; quæ duo extrema verè césentur esse principales partes substitutionis conditionalis. Ea verò, quæ præter illa adiiciuntur, sicuti in nostro casu exclusio matris, non participat de substantia, quarè ipsorum essentia non requiritur. Ita doctrinam Bart. inducit Nicol. Boër, decif. 38. nu. 12. pere ea, quæ scribit etiā Cynus in l. precib. ff. de vulg. & Salyc. in d. l. i. col. mihi. 16. ff. co. Io. Bolognetus in sæpè all. §. cum ita. nu. 33.

V E R I V S igitur est, quod pedissequa illa & accessoria matris exclusio nulla ratione iuris efficere possit, vt substitutio collateralium, quæ sub certa conditione non relictorum à Sebastiano liberorum concepta habetur, etiam deficiente illa conditione, adhuc locum habeat, cōtra regulam

- 418.** iuris ab omnibus frequentatam, † quod superstib. liberis, & sic deficiente cōditione, si sine &c. protinus extinguitur fideicōmissum. Primo per text. in l. filius fam. §. cum quis. ff. deleg. i. Secundo per gl. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. Tertio per text. in l. hæredib. ff. eo. & in l. i. C. de cond. inser. Ita Rol. à Valle con. 56. num. 27. vers. secundò dicitur. li. 3. Sicut & quælibet alia dispositio vel legatum cōditionale, propter defectum conditionis expirat. l. testamento ita. l. legata sub conditione, l. qui hæredem. Et l. Mæ-  
uius. ff. de cond. & demon. l. pecuniam quam. ff. si cert. pet.

- 419.** † Nec reuiuscit etiam si extantes isti liberi posteà decederent. fuit doctrina Oldradi con. 21. & sequitur Io. de Anna-  
nia consil. 22. Dec. consil. 513. in. i. dubio. con. 414. num. 4.  
con. 63. con. 22. con. 218. num. 7. & con. 377. Gozad. consil. 4.  
num. 23. Paris. in l. Centurio. num. 47. ff. devulg. Ioan. Mar.  
Rimin. consil. 119. num. 13. Gratus consil. 19. num. 24. vol. 2.  
Socyn. Iun. con. 4. num. 16. & con. 180. num. 40. vol. 2. Ce-  
phal. consil. 559. num. 24. Caccheranus decif. 50. nu. 12. D.

Andr. Gail practicarum obseru. lib. 2. cap. 136. vbi testatur de communi.

- 420.** EX TINCTA autem secunda substitutione ob id, quia Sebastianus liberos reliquit, & conditio defecit, omnia alia in ea disposita cuanuerunt, vt sunt prohibitio alienationis, & exclusio materna. l. Plautius, vbi Bart. & Socyn. ff. de cōd. & demon. & habemus bonam gl. in l. si patronus. §. patronū, in verbo Fauiana. ff. si quid in frau. patr. tradit Bald. in l. ex testamento. C. de fideicommiss. & probatur per text. in l. final. ff. de constit. pecun. quem singularem esse notat Bald. in l. si absentis, in fine. C. si cert. pet. cum aliis adductis à Ia-  
**421.** sone. in l. non dubium. col. penul. C. de legib. † Vbi loquitur de confessione, constituto, renunciatione & pœnis, quæ principali contractu sublato, extinguntur. Rol. con. 58. nu. 75. lib. 3. Et proprius in nostris terminis Socyn. Iun. cons. 100. num. 22. vol. 3. Bart. Socyn. cons. 116. num. 4. vers. quæ omnia. vol. 3. Portius con. 43. nu. 32. Decius quoq; con. 336. Cui adde Socyn. con. 53. nu. 11. vol. 1. Gozad. con. 30. num. 4. in fine. & con. vlt. num. 22. Card. Alban. con. 1. nu. 9. & con. 21. num. 8. Zanchus in d. §. cum ita. parte 6. num. 218. Hie-  
**422.** rony. Gabriel: con. 132. in 3. q. num. 21. † Nec mirum, cùm non entis nullæ sint qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet. c. ad dissoluendum, de despōnſ. impub. lib. 6. & ideo dicit Barthol. Calepinus in l. si is qui ducenta. nu. 19. ff. de rebus dub. Id, quod non est, nec medium esse posse. Nam existere prius quid oportet, vt id medium dicatur, Rol. à Valle d. conf. 58. num. 7. Considerari itaque debet, quod testator exclusionem maternam expressè restrinxerat. hanc substitutionem collateralium, tñndē deficiente eorum vocatione & successione, quorum cōtemplatione & fauore remota à legato est mater, non amplius intelligitur exclusa. l. fin. C. de indict. iud. toll. l. alteri. & l. filio. §. matri. ff. de adim. leg. Ruin. con. 45. num. 7. & con. 46. num. 9. lib. 1. vol.

vol. 2. clariū con. 93. num. 11. lib. 3. Dec. con. 296. con. 526. num. 7. cons. 601. con. 620. & con. 621. Borgninus Caualcanus de vſufruct. mulieri rel. nume. 41. inspecto etiam, quod mater habuerit ius successionis ab initio. Authen. de functo. C. ad Tertul. per ea, quæ tradit Bartol. in l. 1. §. si pater. ff. de coniungend. cum emancip. lib. Barbatia. con. 16. col. pen. vol. 1. Imò mater per hanc viam substitutionis limitatè exclusa, alia via censemur esse vocata. l. aliquando, in fine. ff. de cond. & demonstra. l. si legatum purè, & l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. glos. in l. 2. in versic. conditionalis, in fine. ff. de in diem adieſt. Bartol. in l. paterfam. testamento. 4. oppos. & 1. quæſt. ff. de hæred. instit. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cond. & demonstr. vbi etiam Caſtreñs. Ruin. con. 33. num. 3. & con. 150. num. 7. vol. 3. Ce- phal. con. 571. num. 65.

NON quadrat igitur ad nostrum propositum regula, quam in quinto articulo subiiciūt, tradita nimirum à Bartolo in l. 2. §. videndum. ff. ad Trebell. quod exclusio vniūs vocet alios, quorum respectu & fauore alter exclusus est; quandoquidem propter extantiam liberorum defecta iam conditione nullam superesse amplius vel substitutionē vel exclusionem iam ostendimus.

V N D E nec sequens etiam subsumptio sexti articulilocom habet, Imò falsa quoq; est, quasi respectu liberorum in conditionem positorum mater à legato sit remota. Hæc enim exclusio opponitur tantūm inclusioni collateralium, sed ad conditionem, si sine &c. respicere non potest, cùm vtraq; sit negatiua, quarè non conuenit eis regula, quæ ab exclusione ad inclusionem, & sic à contrario sensu sumitur:

- 424.** † Illa enim non nisi in casib. affirmatiuè & negatiuè inter se oppositis procedit, per tradita à dd. in l. 1. vbi latè Dec. num. 38. ff. de off. eius &c. Euerh. in loco à contrario sensu. Molinæus in cons. Paris. §. 2. glos. 2. nume. 5. Denique quod nō  
 celebra-

425. celebrata illa regula Bartoli in d. §. videndum, † de exclusione vnius ad inclusionem alterius, ad casum, vbi conditio est negativa, adaptari non possit, in specie tradit Paulus Castr. con. 359. vol. 2. Decius quoq; con. 283. nu. 5. Vbi Molinæus ad confirmationem huius sententia allegat Gratum con. 3. num. 22. lib. 1. Zanchus in d. §. cum ita. parte 8. num. 82. qui ad propositum adducit aliquot consilia Ruini. Parisius in l. Centurio. num. 47. ff. de vulg. Balthasar Quintius inter consilia vlt. vol. con. 177. num. 118.

Ex his igitur præcedentibus falsis præsuppositis iuste colligi nō potest (sicuti in 7. & 8. membro huius longissimæ inductionis obtruditur) Marci liberos tanquam in cōditione positos, non solum collateralibus præferri debere, sed etiam D. Magdalena, si hodiè sine liberis obiret, ob eam causam substitutos esse, ne mater, si viueret, ad legatum admitteretur, quasi tanti sit materna exclusio, vt perpetuādæ eius gratia, fingere liceat, cōditionem ad extinguedum fideicommissum appositam, non perimere illam substitutionem, sed potius alia noua fideicomissa excitare, & sic

426. pugnantia inducere: † absurdè certè, vti animaduertit Balthasar Quintius d. con. 177. nu. 104. Cūm tamen dici non possit, exclusionem maternā fauore inclusorum collateralium factā, aliis prodesse debere, quam ipsiis collateralibus, secundūm Paul. Castr. d. con. 359. nu. 1. vers. & sic exclusio matris. vol. 2. pertex. in l. si actionem, cum ibi not. C. de pat. l. seruo legato. §. si testator. ff. deleg. r. l. fideicomissa. §. interdum. ff. de leg. 3.

- OPTIME etiam ad propositum nostrum facit decisio  
427. Decij, quam ibi collaudat Molin. con. 287. † vbi ex verbis testatoris, qui dixerat, voluntatem suam esse, vt bona in familia conseruarentur, quæstio oriebatur, an reciproca substitutione inter agnatos illius familiæ introducta esset, cūm citra illam fieri posse non videbatur, quin bona familiæ exirent:

tamen

tamen respondit Decius, talem dispositionem ad personas specificatas restringi debere, nec in aliorum personis fideicommissum inductum videri. Rursus hoc idem concludit Dec. con. 13. & con. 511. Alex. con. 89. nu. 15. vol. 6. Eadē prorsus ratione etiam hic limitatur substitutio ad personam Sebastiani non relinquenter liberos, & consequenter restringitur exclusio materna ad illam ipsam substitutionem conditionalem,

428. VOLVNTA s autem, † quæ ex aliqua dispositione seu facto colligitur, catenus arguitur, quatenus ex ipsa dispositione vel facto necessariò infertur. Bart. in l. r. §. si quis hoc interdicto. ff. de Itin. actuq; priu. & in l. si patruus. in fine. C. com. vtr. Iud. Dec. con. 278. col. fin. & con. 377. num. 7. Vndē

429. fideicommissum non inducitur † ex leuib. conjecturis, nec sufficit dicere, probabiliter credendum esse testatorem sic voluisse, vt est tex. in l. Lucius. §. tres hæredes. ibi; non proponi Seium rogatum vinciam ei restituere. ff. ad Trebell. nec etiam in casu, vbi aliqua esset conjectura voluntatis. Bald. in l. cum virum. num. 20. C. de fideicommiss. Iason in l. potest. nu. 9. ff. de vulg. Bolognetus con. 15. nu. 26. Sed opus est conjecturis omnino concludentibus. Mandellus cons. 37. nu. 22. & tamen audent aduersarij ex remotissima fictione perpetuæ exclusionis maternæ, post multas alias deinde subsumptiones D. Magdalena adhuc viuenti, si sine liberis dece-

430. deret, etiam hodiè substitutionem affingere, † quod inquit ~~¶~~ Crauetta esse album in nigrum conuertere. con. 161. nu. 13. ad quem in hoc proposito lectorem remitto, nec non ad Bolognetum cons. 15. & Prætum cons. 39. num. 18. qui multis &

431. perspicuis argumentis probant, † non posse diuinationibus fideicomissa induci, & semper obstare exceptionem, de hoc non loquitur substitutio. l. si quis ita. ff. de vulg. Socyn. cons. 62. 63. 69. 116. & 104. vol. 3.

2. Imo nec tot diuinationibus eō peruenire possunt, quō volunt aduersarij, vt D. Magdalenaē sine liberis decedenti adhuc substitutū esse, concludenter dici possit, quandoquidem exclusa mater iamdudū ē medio sublata est: itaq; cū maternam inclusionem finem omnium substitutionum in hoc nostro testamento cōstituant, & sibi ipsis persuadeant, quōd testator omnia voluerit, vt hic effectus sequi possit, necessariō dicendum venit, cessante exclusione materna, tanq; fine, cessare etiā substitutiones, quarū sola ratio & causa finitur esse exclusio. Ita Tiraq. in regula celsāte causa &c. parte 1. nu. 244. & probat tex. in l. si ita quis. ff. de vulg. l. vlt. C. de instit. & substi. l. pen. C. de impub. & al. sub. Sign. de Homod. cōs. 254. nu. 2. Abutūtur igitur aduersarij authoritate Ruini in con. 141. nu. 13. vol. 3. dum ex eius dictis nouam hāc fictionē roborare volunt, quasi is dicat, quōd cessante exclusione alicuius, quę alterius esset inclusio, nihilominus locū habeat talis ab exclusione causata vocatio; cū tamen Ruinus loquatur de conditione negatiua, si sine liberis &c. & excludente substitutū, si adsint liberi, quo casu etiā si in conditione positus non succedat, sufficit tamen eū extare, vt substitutio ex-  
432. piret, † in cōditionibus. n. solū inspicitur, an factum illud sit, quod testator pro cōditione adiecit, & quōd potuerit in cōditione positus nō ex vocatione, sed ab intestato succedere. l. qui hæredi in princ. & l. Mæuius. ff. de cond. & demon. l. filius familias. §. cū qs. ff. de leg. 1. Aug. Beroius. con. 84. nu. 74. vol. 2. & in hoc casu agitur de expressa voluntate testatoris. Diuersus autē est casus, quādō tacitā vocationem ab aliquo expresso per necessariā consequentiam inferre volumus, si-  
cūti hīc aduersarij substituunt Marci liberos D. Magdalenaē sine liberis morienti, nulla alia ex causa, quām vt mater ab eius hæreditate excludatur: Hęc si alia ratione (scilicet quia præmoriatur) filiæ suæ succedere non potest, meritò etiam cessabit necessaria illa consequentia vocandi Marci liberos.

OMI

quando-

quandoquidem etiā sine figmento vltororis substitutionis commentum illud perpetuę exclusionis maternę, propter ipsius mortē effectum iam habuisset, ita in simili argumen-

433. tatur Iacop. Mandellus con. 31. nu. 10. & in † simili quoq; cō-  
cludunt dd. in materia statuti, quōd extante patruo exclu-  
datur mater; concordant enim omnes, si tempore mortis  
non supersit mater, statutū, quo vocatur patruus cessare, &  
locum esse successioni ex iure communi, sicuti notat Molin.  
ad Decimum in l. illam. litera, H. C. de collationib. Et huc per-  
434. tinet Regula, quam passim tradunt dd. † Quādō admissio  
alicuius ad successionem regulatur ex alterius habilitate,  
tunc necesse esse, vt is & existat, & succedere possit, cuius cō-  
templatione dispositio illa succedēdi in eum modum facta  
est. Bar. in l. 1. §. penul. ff. de possess. contra tab. Ruin. con. 93.  
nu. 11. vers. vel 2. dici potest. lib. 3. Cephal. con. 46. nu. 43.

R E P V G N A T etiam decima & vltima subsumptio, tam  
iuri, quām communi eius interpretationi, finge enim quōd  
testator voluerit, vt non solū morientibus omnibus libe-  
ris primi gradus antē patrem substituti sint collaterales, ipsi  
Sebastiano patri, vtpotē iam effecto proprietario, qui est ge-  
nuinus sensus huius dispositionis, sed quōd etiā liberi libe-  
rorum in conditionem positi cōseruata adhuc vlt. substitu-  
tione collateraliū ad hoc legatum tamdiū admitti debeant,  
donec omnib. illis extintis collaterales ex secūda substitu-

435. tione demum venire possint: Verum tamen † non erit, ipsos  
liberos liberorum inter se reciprocē substitutos esse, sed po-  
tiū ius legitimarum successionum ab intestato habituros  
fuisse. l. vel singulis. ff. de vulg. & §. vel singulis. instit. de pupil.  
vbi scribentes communiter. l. pater filiam quę à viro. ff. ad  
l. Falcid. Iacop. Mandellus d. cons. 31. nu. 11. plures authori-  
ties citat. Anton. Gabrielius conclusionum lib. 4. titu. de  
436. substitutione. conclu. 1. num. 5. Quia tex. † in l. Titia. §. Seia  
libertis. ff. de leg. 2. (per quem probatur, quōd ex substi-  
tutione

- tutione vltimo decedenti, de tota re facta, per necessariam consequentiam colligatur reciproca inter ipsos honoratos, cùm aliás & sine ea totum illud relictum ad vltimum peruenire non posset) procedit tantum, quando exp̄resse vltimo decedenti substituitur, non quando tacitè inferimus, propter substitutionem factam post mortem pluriū, vltimum morientem grauatum esse, sicuti multis allegatis authoritatibus concludit Zanchus d. §. cum ita. parte 6. num. 98. & nu. 215. & probatur in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebell. & in l. fin. §. filium. ff. de leg. 2. & in l. pater filiam, in fine. vbi Angel. Imol. & Alex. ff. ad leg. Falcidiam. & in l. qui duos. ff. de vulg.
437. & pupil. † Imò non valet consequentia, quam D. Consulens in sequenti s. argumento, nu. 139. vulgo receptam esse, perēam allegat, scilicet expeſtatur mors vltimi; ergo dicitur facta vltimo tantum. Hæc enim illatio cōmuniter damnatur, teste Gabrielio d. concl. r. nu. 5. Zanchus vbi suprà num. 168. quia verè dici potest, quòd etiam singulis sit substitutum, ita tamen, vt vniuersiusque decedentis portio apud eius hæredes in suspenso permaneat, donec vltimus quoq; moriatur, & sic post mortem omnium substitutus in toto admitti possit, secundum Alex. d. con. 91. num. 5. vers. & hoc etiam. vol. 1. & clarissimè omnium exponit Iacob. Mandellus. d. cons. 31. cui adiunge Alciatum in consilio statim subsequenti. Molin. quoque, qui in l. add. ad Dec. con. 394. plura consilia Ruini ad hoc propositum allegat.
438. DIMISSIS itaq; omnibus istis fictionibus, † quarum semper vna alteri contra præcepta iuris adgregatur l. i. C. de dotis promiss. conclusiū & verè dicimus, tres quodammodo gradus substitutionum hīc esse factos, exemplo l. si pater impuberis. ff. de vulg. Primò vt frater vel soror superstes defuncto fratri vel sorori per expressam reciprocā substitueretur. Secundò, vt omnibus istis fratribus & sororibus, id est, liberis Sebastiani primi gradus, antē patrem decedentibus, ipse

ipse Sebastianus relictus vsufructuarius non iure legitimæ successionis, sed ex voluntate testatoris etiam in proprietate succederet. l. species. ff. de aur. & arg. leg. l. fin. ff. de vsufr. earum &c. l. Titia. §. fin. ff. de leg. 2. cum multis aliis suprà ad.

439. tertiu argumentū nu. 348. allegatis. Tertiò † vbi Sebastianus sine liberis decederet, vt collaterales vocarentur tanquam substituti Sebastiani, non liberis eius, argumento eorū, que ex communī opinione annotauit Dec. ad l. certi iuris, infine. C. de testam. militis. & in cons. 278. Molin. ad Alex. con. 139. num. 6. vol. 6. Item Marzarius cons. 13. fol. mihi 143.

A P P A R E T itaq; ex fictitiis quibusdam imaginationibus, nō ex verbis testamenti, vel legitima eorundem interpretatione demum induci, & concludi, liberos liberorum vigore maternæ exclusionis reciprocè inter se vocatos, idq; sub tacita conditione, si sine &c. & hanc tacitam in priori reciprocā iterum tacitè repetendam esse.

- C V I deniq; respondetur, ea omnia non tacita sed constata dici debere: † præterea licet extendatur aliquandò expressum, nunquam tamen extenditur tacitum. Bart. in l. i. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcidiam. Decius cons. 353. numer. 4. & cons. 416. numer. 13. Zanchus in d. §. cum ita. parte 6. num. 215. Tiraq. de legibus connub. gloss. 7. num. 65. † Item taciti & expressi tum demum idem est iudicium, quando tacitum non aduersatur regulis iuris. Alex. in l. ex facto. §. si quis ro-  
442. gatus. nu. 12. ff. ad Trebell. Iason in l. cum quid. lectura 2. nu. 20. ff. si cert. pet. Hypp. Rimin. con. 176. nu. 40. † Exorbitare autem à Regulis iuris, quòd conditio, si sine liberis, in alterius, quam ascendentis testamento tacitè suppleatur, plus semel probauimus, & copiosè id tractant Tiraq. in l. si vnuquā in verbo libertis. nu. 26. C. de reuoc. donat. & Zanchus in d. §. cum ita. parte 4. nu. 330.

D E N I Q U E cùm ex tot præsuppositis nullum vel ex verbis testamenti, vel lege seu ratione firmatum sit, (quaeritur)

- men secundū regulas Dialetticorū ad eliciendam necesse fariām conclusionem omnia & singula vera nec dubia esse debebant) benē igitur respondetur, omnes illationes indē 443. desumptas veras non esse. <sup>t</sup> Nā cùm id tantū falsum dici non possit, quod iuuatur primordio veritatis, vti inquit Iurisc. in l. cum filius. §. hāres. ff. de leg. 2. à contrario verum non erit, quod falsi principio infirmatur, arg. l. i. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. & ita argumētatur Cra-  
444. uetta pro genero, nu. 37, <sup>t</sup> videntur enim aduersarij ex falso maluisse colligere, quod falsum, quām ex vero quod verum.  
DENIQVE non solum præcedens illatio à conficta reciprocā inter nepotes, & inibi subsumpta conditione, si sine liberis, ad repetitionē eiusdem conditionis in expressa reciprocā nullo modo procedit, sed etiam ea, quę subsequenter adstruuntur, pari modo fictitia sunt, scilicet, quōd Marci liberii in duob. casib. ad integrum hoc legatum vocati fuerint.  
PRIMO, si Magdalena antè patrem Sebastianum sine liberis decessisset. Hoc autē in refutatione tertij argumenti falsum esse docuimus, & quod eo casu ad Sebastianum patrē detracta mentione vsusfructus etiam proprietas legati peruenisset, cum onere eius post mortē collateralib. restituendę. arg. l. i. §. si ex fundo. ff. de hār. instit. ad quod propositum multa cumulat excellens Menoch. cons. 105. num. 6. & facit quod notat Moli. ad Alex. cō. 139. nu. 6. verbō, & rectē. vol. 6. Itaq; nulla necessitas nos cogit, vt ad conseruandā voluntatem testatoris nouā aliquā substitutionem seu vocationem nepotum inducamus, quandoquidem etiam sine ea, si ex interpretatione iuris Sebastianū, vel ad proprietatem, vel tanquam administratorem admittimus, secunda substitutio, post mortem eius sine liberis, conuenienter & absq; vlla 445. difficultate locum habebat; <sup>t</sup> coniecturæ autem, ex quibus nouas substitutiones excitare volumus, necessariō (vt superius quoq; meminimus) inferte debet. Iason post Castr. in l. 105/8

poteſt. ff. de vulg. Ripa in d. §. cum ita. nu. 17. Non enim ſuf- ficiunt persuasiæ & coloratæ, ſicuti inter coniecturas vide- tur diſtinguere Fely. in c. translato. ext. de constit. quem ad hoc allegat Cur. Iunior con. 159. nu. 11.

Hoc idem ad alterū quoq; caſum ſuprā nu. 426. respon- dimus, ſi D. Magdalena defuncta ī patre ſine liberis hodie etiā decebat; nihil enim adfertur, vt neceſſariō credamus, quod propter exclusionē maternam testator post obitum, D. Magdalene ſine liberis, voluerit Marci liberos ex noua & tacita ſubſtitutione ad integrum legatū vocare, cùm tamen moriente Sebafiano cum liberis, tota illa diſpositio ſecūda ſubſtitutionis, & vna quoq; accessoria & adhārens illi ma- terna exclusio propter defectū conditionis extincta ſit, nec clauſula illa exclusiuā & priuatua alios, quām expreſſe in- cluſos collaterales, miniū autem omnium liberos (cuius- cunque gradus ceneſantur) in conditione negatiua poſitos, contradictoriē respiciat, ſic vt argumentum à cōtrario ſen- ſu ab exclusione materna ad includendo liberos in condi- tionē poſitos rectē ſumi poſſit, ſecundū Craſtrenſem d. con. 359.

QVARTE ambo iſti caſus decisioni textū ſi a p' all. l. hāredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. mālē applicātur, quaſi à parte legati remoueri non poſſit, quem teſtator aliquo ca- ſu totum habere voluerit.

Poſt REMO vt ex omni herba fascem colligant aduer- ſarij, audent etiam Marci liberis ſucceſſionē in cāteris re- lixiſtis à teſtatore arrogare, vt hoc ſpeciosum argumentum indē deducant, non voluiffe excludere teſtatorē à portione paternae eos, quos ad alienam vocārit.

LECTIO autem teſtamenti contrarium oſtendit, iuxta illud Baldi, <sup>t</sup> lector instrumenti habet ſolutionem quāſiti, in cons. 32. incip. quidam nobilis col. 2. lib. 1. & ſolet ad hoc omnia allegari

allegari tex. in §. nos igitur, in authen. de restit. fideicōmissi. Testator enim nullibi in toto suo testamēto quenquām nisi verbis naturalibus, & in lingua Germanica certum gradum indicantibus; Deinde non alios vocauit, quām fratres & sorores, eorundem quēliberos primi gradus, in quo non inueniuntur Marci liberi, licet conditionem liberorum sub nomine collectiuo, puta descendentiis lineæ, vel ex corpore alicuius legitimènatorum hæredum aliquandò adiecerit.

**E X C I P T O** autem legatum Sabinæ; ibi enim si tempore mortis eius, nequè hæredes ex iusto matrimonio prognati, nequè fratres & sorores, vel eorundem liberi primi gradus existarent, ordinavit testator, vt tale legatum ad proximos ipsius testatoris hæredes in viriles partes diuidendum perueniret, cuius vltimæ substitutionis conditio non extitit; Cum liberis enim decepsit Sabina, qui, si tum temporis non extitissent, nihilominus Marci liberi à D. Magdalena filia fratris testatoris, quæ secundo loco substituta fuit, ab hoc legato penitus excludebantur, ipsis autē Marci liberis non nisi in extremis tabulis inter alios proximos testatoris hæredes locus erat.

**V**I hoc etiam obiter annotandū est, quamuis testator in nullo alio legato, quām in isto Sabinæ ad tot gradus substitutionum processerit, sed semper intra terminos fratrum & sororū, nec non liberorum eorum primi gradus constituerit;

**447.** quod tamen etiam in hoc casu non fuerit vsus nomine collectiuo plurimorū graduū, scilicet familiæ vel cognationis, sed vocabulo appellatiuo proximorū suorum hæredū, quæ maximè inter se differunt, teste Crauett. con. 180. nu. 2. vndē iterum apparet, cōmentum esse id, quod de affectione testatoris erga totā suā cognationem vbiq; iactitant, & simul etiā detegitur insignis error aduersariorum, dum putant futurū esse, vt mortuis Sabine, aut Petri liberis, ad fideicōmissum in locū Marci admittendi sint eius liberi, quod duplii de causa non procedit.

PRIMO,

**448.** **P R I M O**, † quia omnes substitutiones restricte sunt ad tempus, quando grauati obirent, Itaque cum illo tempore, quando dies legati cedebat, l. interuenit ff. de leg. præst. & liberi Sabinæ & Petri in conditionem positi extarent, certe substitutiones sequentes euanuerunt. l. pater Seuerinam. §. 1. ff. de cond. & demonstr. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. l. filius familias. §. cum quis. ff. de leg. i. sic enim se habet communis conclusio, teste D. Andrea Gail Imperialis Aulæ Referendario integerrimo iuxta ac doctissimo, practicarum obseruationum lib. 2. cap. 136. adde Ruinum con. 126. num. 12. vol. 1.

**S E C U N D O** etiam in casu, quandò non superfluerint liberi Sabinæ vel Petri, nihilominus tamen cum testator post hos, omnes proximos suos hæredes vocauerit, Marci autem liberi in eo gradu non essent, nequaquam locum patris sui ingredi poterant, tūm quia agebatur de legato à patruo magno relicto. Didac. Couarr. practicarum quæstionum 37. vers. decimo. tūm etiam, quia proximus testatori erat vocatus, idem Couarr. loco citato. vers. tertio, ad intellectum glossæ.

**D E N I Q V E** nec ordine successiō, id est, post defunctos proximiores veniunt, puta ex decisione l. cum ita. §. in fideicommisso. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & l. pen. §. i. C. de verb. signif. Quia dicta iura loquuntur, quandò nomine collectiuo familiæ, agnationi seu cognationi aliquid relinquitur, secūs, quandò plures vocantur, per nomina appellatiua proximorum hæredum, quia tunc non intelligitur substitutum ordine successiō per fideicommissum, ita quod deficientibus primo loco vocatis, alij sequētes in gradu admittantur, sicuti tradunt dd. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posthum. & in terminis sic respondet Socyn. cons. 113. col. 4. vol. 1. Crauetta d. con. 180. nu. 2. Et Iacopinus Ri-

**449.** minaldus con. 657. Absurdè † igitur contra verba & men-

tem testatoris substitutiones, quas ipse semper certo tempore & gradu circumscripsit, infinitas facere conatur, quod non habet rationem iuxta eundem Crauettam. cons. 161. num. 17. versic. secundò respondeo &c. Et Socyn. Iun. con. 118. num. 18. vol. 1.

Nec est quod obiciatur, Marci liberos in legato Rudolphinæ successisse, nam ibi non fuerunt admissi vigore huius testamenti, de quo nunc est quæstio, sed ex ultima ordinatione ipsius Rudolphinæ & mariti eius. Illi enim D. Magdalena vnâ cum liberis Marci in locu patris ipsorum hæredes instituerunt, & præterea magno aliquo prælegato D. Magdalena honorarunt, Igitur facile passa est Marci liberos in legato Honoldino ex voluntate coniugū istorum testantiū fibi ad æquari, quos per substitutionē in testamento Io. Honoldi expressam ab hoc etiam legato, tanq; proximior & in gradu à testatore p̄scripto cōstituta, p̄culdubio remouebat, s̄pè allegata. l. hæred. mei. §. peto. ff. ad Treb. cum similib.

HISCE omnibus iam enumeratis & examinatis coniecturis fretus eruditissimus D. Consulens ad vniuersam Iurisprudentum Scholam appellare non dubitauit, quam & nos iudicem facimus; Interim tamen lectorem huius etiam 450. admonitum esse volumus, t̄ tribus presuppositis omnes aduersariorum coniecturandi rationes constare.

PRIMO, quod sub dictione, Kinder/ comprehendantur nepotes.

SECUNDO, dispositiones, quas testator ad certa tempora, gradus, personas & legata retulit, generaliter & universaliter esse intelligendas.

TERTIO, ea quæ ampliandi legati gratia à sollicito testatore adiecta sunt (intellige prohibitionē alienationis & exclusionē parentum) potiora esse principaliter dispositis, iisq; legem & formā dare, & quod magis est, eas tollere & oblitterare posse, aliter quā doctissimus ille Viglius in §. ter.

vel singulis nū. 3. instit. de pup. huiusmodi additamenta testatorum interpretatur. Hisce ut colorem inducant, aduersarij, varios casus excogitant, qui nec in facto acciderūt, nec à testatore eulogio suo inserti sunt, & ex eorum falsa decisione, relicto vero themate, falsos deinde status causæ substituunt, dum apertam examinationem earum quæstionum vitant & effugiant, quæ omnino ad causam præiudiciales sunt, ut illis ex ipsorum commodo, præsuppositis latius inferre & demum ipsam veram decisionem inuerte-re possint.

ISTAM rationem argumentandi si aduersariis auferas, omnem prorsus coniecturandi rationem ademisti, & nihilominus tanti momenti apud Heidelbergenses fuerunt, ut ad minus dubiæ & incertæ voluntatis quæstionem reddere potuisse, in sua subscriptione existimarent, parum memores, quod teste Socyn. consil. 249. nume. 24. vol. 2. quid dicam dubiæ, imò nec præsumptio pars affectionis sufficiat, sed probatio maioris, ad excludendum exp̄esse substitutum omnino requiratur.

451. PRÆTEREA t̄ dispositiones claræ & apertæ non fiunt dubiæ & incertæ vllis Sophisticis interpretationibus, glos. & dd. in l. plures Apochis. C. de fid. instr. Panor. inc. super. in secundo notab. extrā de testibus. cog. Salyc. in l. cum te. C. de probatio: Molin. consil. 22. nume. 6. & in addit. De- cij, con. 682. Natta consil. 712. nume. 9. D. VVesenbecius consil. 31. in fine.

POST COMMENTAILLA IN ANIVM  
& illegitimarum cōiecturarum, aduersarij tandem à campo cognoscendæ veritatis, ad aucupia etiam verborum confugiunt, ut inquit Molin. consil. 22. num. 8. Ansam autem ipsi præberet, & qui uocatio dictionis, VNVS, cum testator sub-stituo-

stitutionem reciprocum his verbis conceperit: Nämlich/ wo ains seiner Kinder von dem anderen absturbe/ soll desselben verstorben thail/ auff seine bleibenden Geschwister get ic. volgen vnd erben / id est: Si vnu filiorum ipsius antē alium decederet, in demortui illius portione remanentes ipsius fratres succedant.

**I**N D E capta occasione arguunt, vni tantū ex Sebastiani filiis, scilicet primo ex iis antē alios decedenti, & quidem in ipsius portione tantū substitutionem esse factam: quarē cūm Christophorus antē Marcum & Magdalena m, primus sine liberis iam pridem deceperit, & substitutio in eius portione semel locum habuerit, impletam & finitam esse reciprocum, neq; in aliorum postea decedentium personis repeti debere. Quia sermo † de vno ex pluribus antē alios decedente prolatuſ, referatur ad primō decedentem tantū, & in persona atque portione ipsius consumi, cūm vnius ex Sebastiani liberis mors & portio tantū verbis substitutionis cōprehensa sit. I. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. vbi Tiraq. in regula. nu. 127. & Dec. con. 287.

**I**N S P E C T O etiam, quod substituti sint superuiuentes numero plurali, qui in sola persona D. Magdalena non verificetur. Neq; enim † pluralis numeri verba in vno intelligi, neq; singulari numero conceptum sermonem de pluribus accipi. Aret. con. 155. versic. non possumus dicere &c.

**E**T cūm magna inter dd. controversia sit, an, vbi post mortē plurium substitutio facta proponitur, in plures substitutiones resoluatur, quātō minus verborū sententiæ congruere, vbi post mortem vnius substitutio facta est, vt in plurimum persona intelligi debeat.

**D**E C E P T I O autem, vt iā diximus, consistit in vocabulo (V N V S) Wo ains seiner Kinder ic. Si vnu liberorum ipsius &c. Duplicem enim habet significationem † dictio, V N V S, in lingua Germanica, quia aliquando est numeralis, quod

quod arripiunt hīc aduersarij: aliquando autem est nota nominis appellatiui, & orationis indefinitæ. Quotiescunq; 455. enim vox, V N V S, tadiicitur in lingua Germanica nomini substantiuo, ibi semper reddit sermonem indefinitum: Itā hāres, homo, animal: Germanicē aliter dici non potest, quām ain Erb/ ain Mensch/ ain Thier. Eundem modum loquendi obseruant etiam Itali; nam quotiescunq; dicunt, vn cauallo, vn huomo, indefinitē loquuntur.

**H**A B E T autem particula ista germanica, aīn/ præcisē eandem vim & significationem, quam in lingua latina obtinet particularis distributiua, Q V I S. Vnde si velles germanicē reddere initia illa legum, S I Q V I S N O N D I C A M R A P E R E: S I Q V I S I N T A N T A M F V R O R I S A V D A C I A M: S I Q V I S M A I O R &c. propriē ita dicendum esset: Wann ainer nicht will sagen Rauben ic. Wann ainer inn solliche wüttige frāuelkai ic. Wann ainer volkommens alters ic. Atqui nemini dubium est, tales orationes non consumi seu finiri in vna & prima persona, sed quotiescunq; ea, quā ibi enunciantur, accident, toties eiusmodi dispo-

456. sitiones operantur, & locum habent: Exponuntur † enim pro quoicunq; vt notatur in d. l. si quis in tantam. C. Vnde vi cum suis similibus. Bolognetus in d. l. hāredes mei. §.

457. cum ita. num. 82. ff. ad Trebell. quia distributiua † operatur perindē, ac si essent factæ plures substitutiones separatim. I. sicut in annos. vers. vnde tractatum. ff. quibus mod. vsus fruct. amitt.

458. **C**V M enim duplex † sit natura & effectus orationis indefinitæ, scilicet, vel collectiua, vel distributiua, sicut habetur apud Bartol. & dd. in l. hoc articulo. ff. de hāred. instit. & in l. qui filiabus. §. si quis ita. ff. de leg. i. Particula autem germanica, aīn/ adiecta substantiuo, Kindt/ (vt iā diximus, & germanis notissimum est) orationem indefinitam constituat: Attamen in nostro casu, quia vocula conditio- nalis,

- nalis, (wan) sequentibus verbis ains seiner Kinder ic.) adiecta reperitur, id est, si quis filiorum ipsius &c. Tunc non potest accipi pro collectiva, sed est duplex + distributiva secundum Bart. in d.l. hoc articulo. nu. 6. versic. quædam sunt distributiva duplia &c. Eorum autem natura + est, secundum Bartol. ibi: ut quando primo casui attribuunt actum in solidum, sicuti contigit cum Christophorus prior decepit, tunc etiā distribuunt actum secundi casus in solidum.
- F ALSO autem citant aduersarij in suo consilio num. 135. eundem Bartol. in l. si ita relictum. ff. de leg. 2. & in l. si fuerit. ff. de reb. dub. & in l. eum qui nouissimus. ff. ad Trebell. quasi doceat, verba: Si QVIS, singulariter prolata, ad unicum tantum actum referri debere. Non enim hoc dicit, sed loquitur de particula distributiva, QVIS, + simpli-citer posita, ast vocula, Si QVIS, sunt duplices distributiae, quæ non solum intelliguntur de primo actu, sed etiam de aliis postea futuris. arg. l. si seruitus. ff. de serui: vrb. præd. Ruinus in d. l. hæredes mei. §. cum ita. num. 97. ff. ad Trebell. & habemus text. in terminis, in d. l. qui filiabus. ff. de leg. 1. §. si quis ita legauerit: si qua filia mihi genita erit, ei hæres meus centum dato; pluribus natis, videtur singulis tantum legasse, &c. Oratio autem, si qua filia mihi genita erit &c. in lingua nostra vulgari propriè sic sonat: Wann mir ain Tochter geboren wird ic. Ex quibus manifeste constat, conditionem istam, wo ains seiner Kinder vor dem anderen absturbe ic. in primo actu non magis esse finitam, quam in casu Iurisconsulti, Wann mir ain Tochter geboren wird ic. & nihil refert, an talis indefinita profertur + in numero singulari vel plurali, sicut ex illo textu d. §. si quis ita. euidenter probatur, & notat Bartol. in l. si plurib. ff. deleg. 2. Socyn. in l. 2. nu. 11. ff. de lib. & posthu. Ripa in l. re coniuncti. nu. 109. ff. deleg. 3. Tiraq. in l. si vñq. verbo omnia vel partem aliquam. nu. 37. C. de rēuoc. donat,

SED

- SED ne diutius de re perspicua disputemus, ita in iudicio quæstionis nostræ respondit Alex. con. 109. vol. 7. vbi decidit + substitutionem factam cum clausula, si quos eorum sine liberis mori contingat, no restringi ad primam vicem, siue ad unum vel primum duntaxat sic decadetem, Et Molin. in themate ibi notat, idem esse si dictu fuisse, Si QVIS, uti probatur in d. §. si quis ita. & in l. si necessarias. §. annua in fine. ff. de pig. act. l. si seruum. §. 1. ff. de adq. hær. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg.
- HANC autem Alex. decisionem tam apertam, aduersarij post num. 141. prava quadam interpretatione, euertere student, dum negant, clausulam, Si QVIS EORVM, idem significare, quod germanicum, Wann ihren ainer ic. sed possent medio sole negare diem; Hæc enim interpretatio genuina & propria est, alia verò, quam ipsi substituunt, impropria, scilicet, So jemandis / oder welcher von ihnen/ Illa enim verba ita latinè exaudiuntur, Si VLLVS, vel QVICVNOVE EX ILLIS, Interim tamen verum est, omnes istas clausulas, wan ainer / so jemandis / welcher / Id est, + Si QVIS, si VLLVS, QVICVNOVE, eandem vim distributiuam habere, ut non intelligantur solum de prima vice, sed etiam de aliis postea contingentibus, secundum Bartol. in d. l. hoc articulo. & Alex. in d. §. si quis ita. dd. in d. l. si quis in tantam. C. vndē vi.

S V B I V N C V N T postea hæc verba pluralis numeri, Si VNVS antea alios deceperit, Wann ains vor den anderen abstirbt/ Alexandri interpretationem omnino non ferre, sed restringenda esse ad casum, quædò vñus antea plures deceperit, itaque non inuenire locum, vbi Marcus, vñica tantum sorore superstitio & non pluribus relictis, obierit.

C O R R V M P V N T autem hic tam verba testamenti, quam argumenta Alexandri. Testator enim non dixit, Si vñus ante alios, sed ante alium deceperit, Wo ains seiner d. 2. Kinder

Kinder von dem anderen abstürbe / quæ oratio iuxta mōrem nostrum loquendi & decedentis, & superstitis respetu, indefinita est. Animaduertit itaque hic Lector, quanta argumentorum in opia laborent aduersarij, vt cùm solidiora defint, non vereantur ipsa verba testamenti alterare, & expuncto ultimo apice, pro singulari, dem / plurale, den / substituere.

PARVM etiam retulisset, si testatorvni decedenti, alios invitaremanentes, numero plurali substituisset; Quia huic obiectioni doctissimè respondet Alexand. in d. cons. 109. vol. 7. in cuius casu duo superstites fratres, cum clausula,

*Si quis* ex tribus sine liberis decederet, substituti erant, 465. ait enim, verba: Superstitem, † sine dubio conditionem facere. l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. 1. Barto. in l. 1. in vlt. col. ff. de cond. & demonstr. quarè cùm isthac dispositio sit conditionalis, non indubie diuisionem recipere, & verificari etiā in uno, qui superstes remanet, cùm † conditio scindatur, vt declarat Bart. in d. l. Stichum qui meus erit. Alex.

d. con. 109. num. 4. 5. & 16. cuius decisionis eam unicam & sufficientē esse rationem dicit Couarr, var. resol. lib. 1. ca. 13. 466.

num. 9. quia † substitutorum pars sit & æqua conditio, nec quidquam afferri posse, quod suadeat, testatorem alicuius potius, quam omnium rationem habere voluisse.

QVOD autem Alex. etiam alias quasdam coniecturas ibi adducit, quæ forsitan nostro casui non conueniunt, nihilominus etiam illis cessantibus firma remanet prior eius decisio, quandoquidem, vt Molin. ibi addit, non erat, opus illo multiloquio, sed propter verba, *Si quis*, casus fuit de indubitabili.

NEC valde nos premit Decius con. 287. quem allegant aduersarij, contrariū ibi consuluisse, quia argumēta eius Sophistica esse adeū notat Molin. & refert Alciat, in con. 561. nu. 5. contra illud cōsilia Decij in pleno Senatu Mediola-

nensi

nensi fuisse pronunciatum. Contradicunt etiam Decio in hoc puncto omnes repetentes. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. nempe Castren. col. pen. Ripa post nu. 86. Torniel. nu. 9. Zanchus parte 3. nu. 7. Tiraq. in d. l. si vñquām. verbo omnia vel partem aliquam. num. 38. Barto. in con. 17. & con. vlt. qui omnes probant, verba, † si quis, wann ainer / non de primo tantum, sed etiam omnibus sequentibus intelligi debere.

468. Distributioæ enim vocis natura est, † vt singuli habeantur pro expressis & nominatis. l. pen. C. de impub. vbi dd. Corn. con. 67. col. 2. in fine vol. 1. Socyn. con. 50. in princ. vol. 1. Paris. con. 49. nu. 5. vol. 2.

D I S S I M I L I S etiam est ratio argumentationis, nec cum præsenti nostra quæstione symbolum habet, quandò à substitutione facta post mortem plurium, inferre volumus, ad plures reciprocas substitutiones inter ipsos nominatos,

l. Titia. §. Sei libertis. ff. de leg. 2. de quo suprà etiam num.

435. dictum fuit; ibi enim laborant dd. de eliciendis tacitis substitutionibus ex illa sola ratione, vt ab ultimo totum restituï possit, sicuti latè tractatur hæc quæstio apud scribentes in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Hic autem nullis vtimur coniecturis, nec affectamus tacitam aliquam & sub-intellectam substitutionem, sed versamur in terminis claris

469. & comprehensiuis, inter † quos & terminos extensiuos & subauditos non leuis est differentia, sicuti suprà num. 228. ostendimus. Molin. con. 29. nu. 8. Nec oratio, wann ains vor dem andern abstürbe ic. germanicè ita exauditur, ac si in lingua latina substitutio post mortem vnius facta esset, sed potius habet vim distributiam, & intelligitur post cuiusque mortem. Alex. in d. l. qui filiab. §. si quis ita.

VLTIMO ad obiectionem D. V Vesenbecij, quam facit nu. 60. vers. primū, quia cùm testator ait &c. facilis quoq; est responsio, cùm nota sit distinctio dd. in l. si Titius ex parte. ff. deleg. 3. & in l. Marcellus. §. quidam liberis. l. omnibus. §.

d 3

qui

470. qui suspectam. ff. ad Trebellian. scilicet si testator † substituat defuncto in ea parte, quæ ipsi legata est, tunc ad substitutum illam tantum portionem legatam, non autem alia, quæ grauatus ex substitutione postea adquisiuit, pertinere.

V N D E D. VVesenbecius infert, Marco in sua solùm tercia parte legati sedecim millium aureorum, & in eo, quod ex substitutione primi decedentis Christophori posteà percepit, substitutum esse: Nos autem dicimus, substitutionis huius verba, nequaquam huic primo membro, sed posteriori parti distinctionis dd. conuenire, vbi concludunt, quòd si testator † simpliciter loquatur, vel saltem in portione præmorientis substituat, non addito vocabulo hæreditatis, vel legati, tunc in restitutione fideicommissi venire etiam illud, quod grauatus prius habuit iure fideicommissi à collegatario: Ergo D. Magdalena dicitur substituta prædecidenti fratri suo Marco, & tanquam legatario, & tanquam substituto. ita decidit Bartol. in d. §. quidam liberis, quem sequuntur Imola, Cumanus, Roma: Castrenſ. & Alexand. ibi, & rursus Alexand. consil. 35. numer. 16. vol. 4. & consil. 252. numer. 3. vol. 6. Capra consil. 49. numer. 6. Gozad. consil. 81. numer. 17. Ruin. consil. 94. numer. 12. vol. 2. Zanchus in d. §. cum ita. parte. 5. numer. 14. & 31. & Ripa ibidem numer. 47. eleganter Socyn. Iun. consil. 107. num. 36. versic. & vltra considero. lib. 3. Testator enim dixit, soll desselben verstorben Thail / nec adiecit, seines geschicks / oder Legats. Nec video, quomodo verba posita in præfatione huius reciprocæ (Sollen dieselbigen wie gemelde vñnd hernach bedingt wïrde/ erben/ id est, illi ipsi, vt dictum est, & subsequenter ptafinitum erit, succedere debent) efficere possint, vti (sicuti vult D. VVesenbecius) in ipsa dispositione reciprocæ, cùm testator loquitur de præmo-

tientis

rientis portione, subaudienda sit ea tantum pars legati quæ Marco relicta est. Nam superflūs numer. 379. ostendimus ex Molin. in cons. Paris. §. 5. numer. 67. verba, sucedere de-

472. bent sicuti suprà † dictum est, & inferiùs dicetur, non habere effectum veræ relationis, nec ponи conditionaliter ad relatum, sed potiùs causatiuè, per text. inc. Abbate S. Sylviani ext. de verb. signif. & in l. penul. C. de instit. & substitut.

473. Item verbum, Erben/ id est, succedere, dirigitur † ad honoratos, nullo modo igitur in oratione respiciente grauatos subintelligi potest, put in hac ipsa quæstione, an grauatus etiam alias partes, quas iurę fideicommissi accepit, restituere debeat, considerat Cumanus, in d. §. quidam liberis, & in con. 3. cui ibi subscriptis Fulgosius, Alex. quoquè in eodem §. quidam liberis, in fine,

S E X T A M E T V L T I M A M M A-  
chinam aduersarij, ad cuertendum fideicommissum Honoldinum, fabricarunt ex diuisione, quam Marcus cum sorore sua D. Magdalena nominatim de ea hæreditate, in qua vtriquè parenti ab intestato successerant, celebrauit.

Q V A M V I S enim Sebastianus Marci & Magdalene pa-  
ter, iussus esset à testatore, summam sedecim millium au-  
reorum, cuius proprietatem filiis fratris legauerat, exhibito  
consilio proximorum, fœnori collocare, scilicet vt nominā  
illa, non patri, sed filiis eius obligata essent, ipse vero Seba-  
stianus, dum viueret, vtilitate nominum frueretur, quem  
admodum ex Tiraq. de retract. municip. §. 1. gl. 7. nu. 114. in  
fine, suprà num. 349. ostendimus, addito Romano con. 509.  
nu. 18. istamen neglecto hoc præcepto testatoris, dum lega-  
tam istam pecuniam ad solitas huius ciuitatis vñras daret,  
obliga-

obligationes sibi, nō filiis adquisiuit, iūdē factum est, vt post eius mortem, tanquā nomina paterna propria, ab inscientibus eius filiis, Marco, & Magdalena inter se diuidenterunt. Quæstio itaq̄e oritur an hæc diuisio legatæ pecuniæ, quæ re ipsa interuenit, fideicommissio, cuius conditio longo pōst tempore euenit, præiudicare debeat, proculdubio autem negatiua responsio verior est, cuius plures & apparentes rationes afferri possunt.

- P R I M O**, licet in iure non sit dubium, quin valeat **474.** t̄ pactum aut transactio inter fratres de fideicommissio remittendo & condonando. l.r. C. de paſt. l. quoties. C. de fideicommissi. l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 2. l. defidei commiss. C. de tranfact. Potest enim fideicommissarius hæredi fiduciario & restituere rogato cedere spem suam fideicommissariam. l. cogi. §. si quis hæres. & §. si seruo. ff. ad **475.** Trebel. Cephal. con. 282. numer. 20. vbi ait t̄ id verum esse etiam si cōtra voluntatem testatoris hoc fieret, quod voluit etiam Decius confi. 327. nu. 1. Attamen ex ipsa simplici diuisione (quæ re ipsa, vt h̄c, accidit) nunquam censetur remissum esse ius fideicommissi, cùm natura t̄ diuisionis ea non sit, vt propter illam fideicommissio conditionali renunciatum esse videatur, & ad hoc ab omnibus allegatur lex in l. cū pater. §. hæreditatem. il. 2. ff. de leg. 2. & ibi dd. l. qui Rom. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. vbi Bart. & scribentes male in eo casu aliquādō Romæ iudicatum fuisse communiter opinantur, quæ regula vulgò & ab omnibus pro communi recepta est. Gabriel: tit. de fideicommiss. concl. 1. nu. 1. li. 4. Alex. qui testatur de communi. con. 208. col. 2. lib. 6. Gratus quoq; con. 17. nu. 44. vol. 1. & con. 29. nu. 29. lib. 2. Dec. con. 86. nu. 4. vers. sed tamen his non obstantibus, & ibi Molin. & con. 495. nu. 17. latè Dominus Gail. obseru. 139. nu. 1. lib. 2. Cuius decisionis octo pulcherrimas rationes ex dd. recenset Zasius in d. §. duo fratres nu. 22. quibus adiungit. nonam nu. 26.

**S V F F I C E R / E T** igitur D. Magdalena hæc regula, quod sola & re ipsa celebrata diuisio non potuerit inducere **477.** remissionem fideicommissi, cùm is t̄ qui pro se regulam habet, fundatam habeat intentionem, secundūm gloss. in l. **478.** omnis definitio. ff. de reg. iuris. nam qui t̄ se fundat in casu speciali, debet eum probare. gl. & doctores in l. quoties. ff. si quis cautio. &c. scribentes in l. 2. ff. si quis in ius vocat. sicut & exceptionem, c. dilecti. de exceptio: l. 1. iunctagl. ff. si quadrup. paup. fecis. dic. Curt. con. II. col. 1. Paris. con. II. num. 17. vol. 2. Roland. à Valle, con. 81. col. 1. vol. 1. & ita arguit in terminis huius quæstionis Grat. respons. 29. nu. 29. secundo volum. & Hypp. Rimini. con. 204. nu. 32.

**A L T E R A** ratio est, cur diuisio legatæ pecuniæ petitioni fideicommissi obstare non possit, quia erroneè pro paternis & maternis habita & diuisa fuit, sicuti ex ipsa aduersariorum confessione iudicialiter facta euidenter probatur; in conclusionib; enim prima Octobris, Anno &c. 65. produc̄tis folio antepen. versic. erslich daß die legierter Summa ic. clarè dixerunt, summam hanc sedecim millium aureorum, per ignorantiam testamenti tanquam hæreditatem paternam & maternam, in istam diuisionem venisse, sed nulla maior est probatio quam propria confessio. l. 1. C. de confessis. l. si confessus. vbi Bartol. C. de custodia reorum cum similibus.

**I M O** circumscripta etiam hac aduersariorum iudiciali **479.** confessione, probaretur t̄ error diuidentium eo ipso, quod constat, dictam pecuniam non fuisse ex bonis paternis vel maternis, quæ sola diuidere volebant. gl. in l. de ætate. §. vlt. ff. de interrog. act. & l. non fatetur. ff. de confess. Bartol. in l. error, in fin. C. de iur. & fact. ignor. Ita etiam errorem detegi in casu diuisionis respondit Crauetta con. 188. num. 9. vts. probatur.

S V C C E D I T itaque textus in l. cum falsa. C. de iuris & facti ignorantia, qui sic habet; cum falsa demonstratione mutari substantia veritatis minimè possit, respondendo id quod paternum erat, ex maternis esse bonis, nihil egisti. Et respondeat Alexand. consil. 137. numer. 21. lib. 2. quod is,

**480.** t̄ qui cum fratre & aliis consanguineis diuisit bona, quæ communia existimabant, cum verè non essent, diuidenti non præiudicare. Alexandrum etiam sequutus est Decius in l. traditionibus. num. 5. & 6. C. de pact. quod probat textus ad nostrum propositum valdè accommodatus, in l. 3. §. subtilius. ibi: quoniam hæredi dedit, quasi ipsius hæredis nummos daturus, non quasi suos, qui vtique ipsius fuerunt, adquisiti scilicet post libertatem ei ex testamento competentem: Etputo, si hoc animo dedit, non fieri ipsius. Nam & cum tibi nummos meos, quasi tuos do: non facio

**481.** tuos. ff. de condit. causa data; errantes t̄ enim nequè amittunt nequè acquirunt. l. si aliquam rem. & l. si me in vacuam. ff. de acquir. possess. optimè etiam ad rem facit quod respondeat Socyn. Iun. consil. 112. numer. 3. lib. 1. cum dixit: quod si quis fatetur, rem suam esse sub fideicommisso, cum nō sit, sibi nō præiudicat; Ita ergo nec hīc D. Magdalena sibi præiudicium attulit, quando pecuniam legatam & fideicommisso obnoxiam pendente conditione ex ignorantia testamenti paternam & maternam iudicans, cum fratre diuisit, cum tamen renunciatio etiam expressa nunquam trahatur ad ius ignoratum, nec ad futurum, vel nec dum competens, quod latè prosequitur Tiraq. de retractu municip. §. 1. gl. 9. nu. 113. 123. 124. 125. & 134. Idem §. eodem. glo. 10. num. 21.

T E R T I O huc facit id, quod in simili specie considerat Dec. consil. 86. numer. 4. versic. eodem modo videtur, scilicet, cum tempore diuisionis fideicommissum deberi non

dum

dum cæperit, itaque commode dici non posse, quòd in divisionem venerit; nam t̄ diuisionem esse separationem iuri, quæ communia sint. Accipitur itaque remissio t̄ de iure, quod tempore diuisionis presens est, & nō de eo, quod posteā oritur: quia prius non intelligitur renunciatum quām natum, & liberatio est quādam priuatio, & ideò refiri debet ad id, quod est in habitu. ita Alexand. con. 208. numer. 6. vol. 6. Hypp. Riminal. consil. 204. numer. 80. text. in l. Paula Callinico. §. 1. ff. de leg. 3. de quo paulò infrānumer. 50. latiūs.

**Q V A R T O**, quandoquidem hīc diuiserunt paternam & maternam hæreditatem ab intestato t̄ ipsis obuenientem, nunquām ex ea potest oriri remissio eius iuris, quod dependet ex testamento maximè tertiae alicuius personæ, sicut tradit Bartol. in d. §. duo fratres. numer. 12. & 19. perl. tres fratres. ff. de pact. quod itidem latiūs infrā numer. 495. prosequemur.

N O N autem inficias imus, vt quamvis ex ipsa reali & simplici diuisione legata pecuniæ, nulla renunciatio fideicommissi inducatur, attamen eam quandoquā t̄ ex coniectura & cohærentia pactorum, quæ eiusmodi diuisionibus adiici solent, colligi posse, ita docente Baldo in l. qui cum tutoribus. col. 2. ff. de transactionibus. Quarè in diuisione da hac quæstione diligenter distingui debet, t̄ inter ipsam simplicem diuisionem, quæ re ipsa fit, & pacta diuisoria, quæ eiusmodi diuisioni accedunt. Duplices enim inde oriuntur quæstiones. Prima, an D. Magdalena contra diuisionem legata pecuniæ re ipsa celebratam fideicommissum petere videatur: quod non adeò negamus, attamen legitimè fieri posse dicimus, quandoquidem talis diuisione cōunionem tū temporis existentē tātum discreuerit, à restitutione autem

e 2 fidei-

fideicommissaria priùs decedentem nō liberauerit. d.l.cum pater. §. hæreditatem. il.2. ff. de leg.2. Altera est, an contra ea, quæ pacto diuisionis placuerunt, fiat, si fideicommissum exigatur, quod pernegamus: ipsa enim pacta diuisoria aduersariis vel maximè refragantur: ita enim diuidentes loquuntur.

Bekennen öffentlich mit dem Briefe / für vns/ vnd alle vnser jedes Erben/ vnd thün kündt aller mes-  
niglich / daß wir vns zu baiden thailen / mit freyem  
gütten willen/ vnd wolberatner vorbetrachtung/vmb  
alle vnd iede/ weyland der Erbarn/Vesten vñ Erent-  
reichen Sebastian Honoldts/Burgers zu Augspurg/  
vnn Magdalena Melberin seiner ehelichen hauss-  
frauwen/vnser lieber Vatter/ Mütter/Schweher vnd  
Schwiger säligen verlassen Erbschafft/ Haab vnn  
Güter/ligend vnd farend/lehen vñ aigen/barschafft/  
schulden/ gelt/ vnn geltswerch/ Elains vnn groß/  
aſtichs/noch gar nichts daruon anſgenommen/ noch  
hindan geſegt/ souil sie dann nach jhrem absterben/  
hinder jhnen verlassen haben/ einer gütlichen/ liebli-  
chen/ freundlichen/ auffrechten vnd redlichen Erb-  
thailung/mitainand veraint/vergleicht/entschlossen/  
vollzogen/bewilligt vnd angenommen haben/ id est:

CONFITEMVR palam in hac charta, nostro & vnius-  
cuiusquè nostrorum hæredum nomine, & manifestamus  
omnibus, quod hinc indè ex spontanea bona voluntate, &  
maturata consideratione, respectu omnis & cuiuscunq;e,  
quondam, &c. bonæ memorie Sebastiani Honoldi ciuis  
Augustani, & Magdalena &c. coiugis ipsius charissimorum  
nostrorum patris, matris, saceri & socrus relictæ hæreditatis,  
rerum & bonorum, mobilium & immobilium, feudalium  
& allo-

, & allodialium, pecuniarum, nominum, & quæ pecuniam  
, valent, parui vel magni precij, nullo excepto vel remoto,  
, QVANTVM IPSI POST MORTEM SVAM RELI-  
, QVERVNTE, de amica aliqua & syncera diuisione hæredita-  
, ria concordauimus, eamque conclusimus, exequutisimus,  
, consensimus, & acceptauimus.

Hæc præfatio manifestè ostendit, partes de diuiden-  
da tantum paterna & materna hæreditate, eorumque bo-  
norum cogitasse, quæ ipsi post mortem reliquistent. Con-  
stat autem, Sebastiano patri vsumfructum tantum sedecim  
mille aureorum à fratre Iohanne legatum fuisse, qui mor-  
te eius statim extinctus fuit. §. finit. instit. de vſufruct. Et  
488. tlicet pecunia, vt potè quæ vſu consumitur, neque naturali  
ratione, neque ciuili recipiat vſumfructum. l.2. ff. de vſufr.  
tamen vtilitatis cauſa ex Senatusconsulto hoc admissum  
489. est, tvt pecuniæ vſufructu legato, statim legatarij pecunia  
fieret cum obligatione, vt tantundem post mortem resti-  
tueret. §. constituitur. instit. eodem. quæ quidem obliga-  
490. tio t loco proprietatis in bonis Marci & Magdalena re-  
linquebatur. glos. in d. §. constituitur, in verbo cautio-  
nem.

SEQVITVR igitur cùm morte patris vſusfructus ad  
eius filios redierit, & cum proprietate eorum consolidatus  
fuerit. l. idem Neratius. §. fin. & l. si Pomponius. ff. de vſufr.  
accrescendo, quod summa illa sedecim millium aureorum  
ipsiis duobus non tanquam hæredibus parentum, sed tan-  
quam legatariis ex testamento Iohannis Honoldi eorum  
patrui communis remanserit.

PRÆFATIO autem, quam anteà de verbo ad verbum  
recitauimus, perspicuè nobis indicat, eos de parentum hæ-  
491. reditate tantum diuidenda cogitasse, Cùm t proœmium si-

nalem intentionem contrahentium declareret, vt tradit Bart. in l. i. in princ. ff. ad Macedonianum. Bald. in l. vt liberis. C. de collationib. Dec. con. 600. nu. 1. & alij quos suprà nu. 121. citauimus. Tib. Dec. ad hoc ipsum propositū con. 3. nu. 116. & con. 52. nu. 7. vol. 1. Itaq; nulla ratione dici potest pæcta diuisoria etiam hanc pecuniam comprehendisse, licet re ipsa quasi paterna, sed erronecè diuisa fuerit, vndē nullum præjudicium D. Magdalena ex eadiuisione generari potuit. d. l. cum falsa. ff. de iuris & facti ignorantia. Ita pæcise in nostris terminis respondet Decius con. 551. vbi cōcludit, renunciatione hæreditatum patris & auiæ paternæ non includi remissionem fideicommissi, quod ex testamento aui paterni debebatur, licet tale fideicommissum eo tempore, cùm de cæteris hæreditatibus nominatis mediante iuramēto transigeretur, in hæreditate paterna inuentum fuerit, quam decisionem ex illa sola ratione, quia de fideicommisso aucto nihil dictum erat, indubitam esse, ibi annotat Molinæus, nec eguisse multiloquio. idem respondet Tib. Dec. d. con. 3. nu. 114. & d. con. 52. num. 7. vol. 1. vbi luculenter probat, 492. quòd in tali casu † quando specialiter aliquæ nominatæ hæreditates diuiduntur, nec tacitè nec expressè fideicommisso, quod ex alia hæreditate dependeat, renunciatum videti, d. l. tres fratres, imò de contraria mente diuidentium 493. constarè, quia actus † agentium non operantur vltrà ipsorum intentionem, vulgata lege, non omnis. ff. si cert. pet. I. fin. C. de non num. pec. & c. quemadmodum, & c. quinta uallis. de iur. iur. & l. indubitabili. C. eo tit. de non num. pec. quod passim responsum extat Bald. d. con. 340. lib. 3. & 336. in 4. vol. & Capra consil. 29. col. 4. & Curt. consil. 3. & con. 43. col. 9. Parif. consil. 12. vol. 2. num. 88. & 89. Portius in hac quæstione con. 735. num. 24.

NIHIL

N I H I L igitur nobis aduersantur clausulæ illæ genera-  
les, quæ ad executionem in fine diuisorij istius instru-  
menti appositæ sunt, scilicet quòd quilibet ex diuidenti-  
bus, eorumq; hæredes & successores huiusmodi res diuisas  
pacificè habere possint, cum promissione, nulla actione vel  
impetitione alterum molestandi, data simul etiam licen-  
tia res in diuisione obtētas pro libito alienandi &c. Quia  
494. verba † quietationis & renunciationis generalia debent  
restringi ad præfationem. l. cum hi. in princip. & ibi Bartol.  
ff. de transact. vbi etiam Iason in 3. nota: Crauetta. consil. 221,  
nume. 8. versic. septimo, verba quietationis &c. maximè  
cùm non solùm in præfatione, sed etiam inter illas ipsas  
clausulas tam prægnantes, semel atque iterum verba illa  
restrictiua adiecta sint, Hie uor geschriebener vnd verthaile  
ter Erbschafft id est, superscriptæ & diuisæ hæreditatis cau-  
495. fa. Quarè omnes coniecturæ, quæ † ex eiusmodi clausulis  
prægnantibus elici possunt, (prout diligenter eas cumu-  
lant Socyn. Iun. consil. 116. vol. 1. Menoch. consil. 87. Bur-  
sat. quoque consil. 64. & con. 86.) concludunt, in hæreditate  
paterna & materna, quæ suprà scriptæ sunt, non autem in fi-  
deicommisso dependente ex testamento Iohannis Ho-  
noldi, de quo nihil scriptum inuenitur. Ita Tib. Dec. in d.  
consil. 3. nume. 119. vol. 1. cùm nulla intercesserit generalis  
496. transactio, sed de † certa hæreditate patris & matris, quæ  
ad alia bona extendi non potest, nec debet. l. qui cum tu-  
toribus. l. cum Aquiliana. ff. de transactionibus. l. si de cer-  
ta. vbi Iason. numero 3. & 4. C. eodem. & transactio siue  
renunciatio super vnius hæreditate & bonis facta, in al-  
terius successione obesse vel nocere non debeat. Bartolus  
in l. vt Iuris iurandi. §. fin. numero septimo. ff. de oper. li-  
bert. textus apertus in l. 3. C. de petit. hæred. præclarè &  
diligenter hanc quæstionem prosequitur D. VVesenbecius  
consil.

conf. 52. nume. 42. & aliquot sequentibus. Sed ad has ipsas tam concludentes rationes, quas ibi & consilio 74. nu. 60. & seq. adducit, posteā con. 94. vbi num. 65. vsquè ad finem consilij in fauorem aduersariorum contrarium dicit, ne quaquam respondet, cùm tamen non sit indubitati Iuris, quod omnes clausulæ quantumuis effusæ restringantur ad specificata tantum. d. l. si de certa. C. de transact. & l. vltima. §. idem quæsiit. ff. de liberatione legata. Intelliguntur enim

497. talia † pacta secundūm naturam diuisionis, super qua siunt, & ab ipso principali contractu regulantur, secundūm glos. nota: in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in frau. patro. & est text. in l. r. §. r. & §. debitum. ff. de constit. pec. quem ad hoc allegat Bald. in l. absentis. C. si cert. pet. & not. Bald. in l. etiam. C. de exe. rei iudi. & Cyn. in l. in contractib. C. de non num. pec. Ita etiam singulariter in hac materia determinant Bart. Io. de Imo. Paul. de Castr. Franc. de Aret. Alex. & communiter doct. in d. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. Decius con. 86. num. 4. Cassenæus con. 69. num. 9. Portius con. 19. num. 53. & multis seq. Natta con. 546. num. 14. Beroius con. 177. num. 31. vol. 1. Hypp. Riminald. con. 204. num. 71. Tiraquell. in l. si vñquam. in præfatione num. 131. D. Gail. obseru. 139. num. 3. lib. 2. Prætus con. 137. num. 156. D. VVesenbec. allegato conf. 74. num. 80. Crotus con. 192.

498. Denique renuncians † hæreditati, censetur renunciare his tantum rebus, quæ potest petere, vt hæres illius hæreditatis, non vt se priuet, his quæ nō habet vt hæres, sicut doctè concludit Hieron. Gabriel. con. 60.

Hæc tam clara quæstionem nostram in specie decidunt, vt forsitan non opus esset alia afferre, quandoquidecum 499. † (sicuti tradit Galesius Massa de exercit. Iurisp. lib. 3. num. 33.) vñica semper, cuiusque negotij vera & decisiva sit ratio, quam adducere sufficiat, quod etiam tradit Alciat. pater-

tergōn. lib. 12. cap. vltimo. Nos verò hanc conclusionem, quod fideicommissum, sicuti nec per simplicem diuisionem, ita nec pactis fuisse remissum, adhuc latius confirmabimus.

No n leuis autem est considerationis, quod diuidentes in instrumento expressè loquuntur de hæreditate parentum, quam postmortem reliquissent, itaqè agunt de iure

500. † iam delato, nō autem deferendo, quarè diuisione & eius pacta respiciunt tantum bona hæreditaria, quæ tum temporis extabant: Sed ius fideicommissi non extabat: Ergo &c. ita in terminis argumentatur Zasius in d. §. duo fratres. nu. 20. & reprehendit Cumanum, qui non animaduerterat verba illius text. (ibi: post mortem,) fideicommissum non praesens, sed cōditionale & futurum denotare, quo casu etiamsi iuramentum & scientia quoque fideicommissi accessisset,

501. tamen explorati iuris est, † pacta & renunciationes etiam amplissimas, quæ ad confirmationem eiusmodi iuris inter partes diuisi apponuntur, ad ius futurum & post renunciationem superueniens extendi neutiquam debere. textus est in d. l. Paula Callinico. §. 1. ff. de leg. 3. & in cap. 20. vbi id notant Canonistæ in 2. notabili, extrâ de renunciationibus, quem textum ad hoc valde commendat Georg. Natta. in repet. cap. quamvis. col. 4. versic. tertio facit, de pact. lib. 6. Egregiè Ruin. conf. 137. nume. 9. & 16. vol. 2. & Villalobos in com. opin. verbo diuisione. & iterum verbo fideicommissum. Quarè etiamsi clausulæ de non contraue-

502. niendo &c. tractum † futuri temporis habeant, adaptantur tamen adiūs renunciatum ex causa de præterito, sicuti plenè notant Bart. & alij in d. §. duo fratres. q. 2. Gratus d. con. 29. ante num. 36. argumento. l. quod Seruius & ibi notatur. ff. de cond. indeb. & l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obli. Et ita cōmuniter traditur, quod per diuisionem etiam f iuratam,

503. iuratam, non censeatur renunciatum fideicommissio reciproco, & conditionali, cuius conditio tempore diuisio-  
nis non euenerat, etiam si esset promissum de non contrā-  
ueniendo diuisioni, Gabriel: tit. de fideicommiss. concl.i.  
num. 24. Tiraq. in l. sivnquam. in prefatione. nu. 149. Ale-  
xand. conf. 40. vbi Molin. num. 3. vol. 4. Belonus conf. 19.  
num. 8. Io. Bapt. Plotus con. 63. num. 5. Hypp. Riminald. d.  
con. 204. num. 81. 82. 85. Beccius con. 111. num. 28. Prætus  
con. 137. num. 121. 130. & 166. Tib. Dec. con. 3. num. 121. 122.  
123. & 124. & d. con. 52. num. 5. & 15. vol. 1. D. Gaild. obseru.  
139. num. 2. lib. 2. Nec obstat, si dicatur spem illam fideicō-  
missi causam iā habuisse de præsenti, quia respondetur cum  
504. Zasio in d. §. duo fratres. nu. 25. Iura † quæ sperantur in futu-  
rum, non dici iura, sed iuriū spes.

- Q VAE doctrina in nostro casu tantò magis locum ha-  
505. bet, quia hīc resultaret † duplex specialitas ex eodem fonte:  
vna, vt tacitè sub bonis paternis & maternis videretur esse  
comprehensum legatum patrui. Altera, quod tacitè Iuri  
de futuro, in dicto legato, esset renunciatum, & sic concur-  
reret fictus titulus paternæ & maternæ hæreditatis, & ficta  
renunciatio, quod est absurdum, prout egregiè in proposi-  
to considerat Aretin. conf. 14. nu. 8. & 9. & Menochius quo-  
què con. 91. ante num. 53.

506. NO N aliter enim huiusmodi † clausulæ, (etiam si pleniores) renunciationem fideicommissi inducunt, quām  
vbi alium effectum operari non possunt, secundūm Bartol.  
in d. §. duo fratres. q. 6. & ibi Crotus num. 127. Zasius nu. 28.  
vbi ait, cum hoc temperamento saluari posse opinionem  
Io. And. ad. Spec. tit. de testam. §. in primis, qui putauit, si  
frater fratri promittat, nunquam se velle petere res diuisas,  
aliqua ratione, iure vel causa, quæ dici vel excogitari possit  
de iure vel de facto, per hanc clausulam renunciatum esse  
fidei-

507. fideicommisso, sed malè: nam quandocunque † subest alia  
causa renunciationis, tunc ad illam causam debet referri,  
non ad fideicommissum. ita Alexand. con. 201. & con. 202.  
vol. 6. & alij quos allegat Gratus con. 22. num. 17. vol. 1. Mo-  
lin. ad Decium con. 287. in ultima additione, vbi Decium  
propterea malè consuluisse dicit, quia ad hæc non aduer-  
terat. Mandell. con. 74. num. 11. Tib. Dec. d. con. 3. nu. 113.  
vol. 1. Beccius d. consil. 111. num. 26. & fatetur ipse Menoch.  
con. 87. num. 20. & Socyn. Iun. con. 116. num. 74. vol. 1. vbi  
in hoc præsupposito principaliter se fundant, quod in eo-  
rum casu nulla alia adfuerit obligatio vel causa, ob quam  
renunciatio & remissio fieri debuerit, quām illius fidei-  
commisi, de quo ibi agebatur. Quantò magis in nostro ca-  
su ita dicendum venit, scilicet, quod eiusmodi verba ple-  
niora ad aliam causam, fideicommissi nimirum, referri non  
possint, vbi tam in præfatione, quām inter ipsas clausulas  
executivas præcisè ad suprascriptam paternam & mater-  
nam hæreditatem restrictio facta legitur. l. fin. §. cui dulcia.  
ff. de vino, trit. & oleo leg. cum similibus.

F A L S A autem est/ vt interim lectorem etiam hoc mo-  
neamus) interpretatio, quam aduersarij num. 147. quarto  
loco, enumeratis istis pactis diuisoriis attribuunt, quasi di-  
uidentes voluerint renunciationem adeò generaliter in-  
telligi, & ita efficacem esse debere, ac si specialiter omnes  
causæ actionum & iuriū, quæ competere iis vnquam pos-  
sent, expressæ essent: nihil enim tale ibi legitur, quod fu-  
turas & alias causas comprehendat, quām eas, quæ ex diui-  
sa paterna & materna hæreditate proficerentur: Qua-  
rè hæc & multa alia ab aduersariis ex proprio desiderio af-  
feruntur.

I M O si ita se haberet casus, quemadmodum fingunt, ta-  
men Bart. in d. §. duo fratres. in 4. & 5. q. hoc ipsum exem-  
plum

- plum sic resoluit, si inter fratres bona hæreditaria diuidentes dictum esset, se renunciare omnibus iuribus ipsis competentibus ex testamento, vel ab intestato, vel iure fideicōmissi, seu ex alia quacunq; ratione vel causa, tamen per huiusmodi verba non esse renunciatum fideicommissio comprehenso in testamento paterno: quandoquidem de testamento patris nulla specialis esset facta mentio, per text. in l. de his. ff. de transactionib. quem sequuntur ibi Alexand. Aret. Iason & Ripa. num. 64. & 70. & pulchrè Ruin. con. 92. num. 24. vol. 3. Alexand. con. 102. vol. 5. & con. 11. vol. 2.
508. Anchār. Reg. q. 17. nu. 7. parte 2. quia non satis est vt mentio alicuius testamēti in genere fiat, vt i voluit Angel. in d. §. duo fratres, sed requiritur specialis, puta Titij vel Mēuij &c. secundūm Io. de Imola. ibi q. 2. vbireprehendit Angelum.
509. Est enim hoc introductum pro forma vt dicatur in specie virtute testamenti talis testatoris ad hoc, vt teneat renūciatio secundūm Socy. Iun. con. 129. nu. 30. 32. 33. & 37. vol. 1. Et
510. requiritur t quoq; vt apponatur ista clausula, vīsis verbis testamenti &c. vti notant omnes in d.l. de his. ff. de transact. & in l. 1. §. 1. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. Con-
511. uentio t enim super iis, quæ ex testamento dependent, alter fieri non potest, quām cognitis atq; inspectis ipsius testamenti verbis d.l. de his. & l. nō ferendus. ff. de transact. Bart. in l. sub p̄tēxtu. C. de transact. Bald. con. 440. lib. 3. Et ideò
512. cautela t est ad hoc, vt valeat transactio super dependentibus ex testamento, quod semper fiat mentio de ipso testamento, & quod apponantur illa verba, cognitis inspectis que verbis testamenti, D. Gail. d. obseru. 139. nume. 6. & 8. Benedictus Capra. consil. 89. Syluan. consil. 49. num. 55. & 56. August. Beroius consil. 177. numero 6. 7. 8. 9. & 24. vol. 1. Portius con. 135. nume. 19. Rol. con. 13. num. 26. vol. 2. Beccius con. 108. num. 7. 9. 10. 18. 29. & 30. Idem d. con. 111. num.

num. 29. & 34. Prætus d. con. 137. nu. 88. 89. & 140. Tib. Dec. con. 39. nu. 132. vol. 2.

- Et licet aliqui tradant, satis factum esse d.l. de his. quād renunciatur omni legum auxilio, quos citat Tiraq. in d.
513. l. si vñquam. in præfatione. num. 145. Alij tamen hoc non sufficere scriptum reliquerunt, Paris. con. 12. num. 85. vol. 2. & con. 95. num. 26. vol. 3. Socyn. Iun. d. con. 129. nu. 66. vol. 1. Beroius con. 37. nu. 28. & d. con. 177. nu. 30. vol. 1. Rol. à Valle cons. 13. num. 37. vol. 1. Beccius d. con. 108. num. 10. & Tiraq.
514. loco adducto nu. 161. vbi num. seq. multos citat, qui contendunt, quod t etiam in specie, & cum iuramento d.l. renunciari non possit, sicut etiam voluerunt Rol. d. con. 13. nu. 27. Port. con. 135. nu. 23. & Beroius d. con. 177. num. 22. vbi dicit, esse crebriorem sententiam.

SEDVTRA verior sit opinio, nostra parum refert, quia instrumentum diuisorium, de quo agimus, nullum suramentum habet, & s̄pē all. legi, de his, nec in genere nec in specie, deinde iuribus & actionibus, quæ ex certis & nominatis tantum hæreditatibus paternis & maternis iam delatis dependentiam haberent, non autem iuri de futuro renunciatum fuit.

ACCEDEDIT VLTIMÒ, quod tempore diuisionis partibus ignotum erat, pecuniam istam legatam restitutioni fideicommissariæ subiacere, quomodo igitur potuerunt renunciare iuri, quod sibi competere ignorarunt? Quarē inquit Bald. in repet. l. cum Aquiliana. ff. de transact. quod sicut

515. t ignorans non potest acceptare, ita nec remittere, per l. hominem. ff. de optione legata. Vnde renunciatio t etiam iurata casus incogitatos non complectitur. Commune inquit Alex. con. 28. col. pen. vol. 1. & inter communes opiniones refert Emanuel Suarez. verbo renunciatio.
- 516.

- 517. T A L I S autem ignorantia † de iure præsumitur, nisi probetur scientia. l. verius. ff. de probat: c. præsumitur. dereg. iur. lib. 6. & in terminis fideicommissi. Roman. consil. 403. numer. 16. & ibi Mandos. litera K. Socyn. Iun. consil. 128. numer. 123. lib. 1. & concludit Bart. in d. §. duo fratres. in tertia quæstione. Perusina decisio 19. numer. 14. vbi plures allegat, qui communem esse dicunt: Nec ad nos pertinet distinctio Bartoli & aliorum, quos modò citauimus, an agatur de testamento patris, casu, quoè etiam aliás ab intestato succederent liberi, & sic forsitan testamenti nullam curam habuissent, an verò extranei, cuius hæreditatem instituti, non viso & cognito testamento, adire non possent. Quia illi, sicuti videre est apud eos, loquuntur de hæreditate & fideicommisso vniuersali, quod non facile hæredes ex testamento succedentes latere posse videtur.

P R A T E R E A aduersarij, sicuti supra num. 478. vers. altera ratio est, diximus, iudicialeiter confessi sunt, diuidentibus ius istud fideicommissi tempore diuisionis omnino non fuisse cognitum, & tamen non verentur in Replícis & triplicis suis hoc idem non solum negare, verùm etiam per nescio quas excogitatas & fuitiles conjecturas contrarium ostendere velle. Quamuis enim scientia, cum non præsumatur, † tamen conjecturis probari possit, vt cōclūdit Bart. in d. §. duo fratres. in tertia quæstione. Socyn. Iun. con. 116. numer. 41. lib. 1. Crauetta consil. 193. numer. 7. Deci. consil. 267. colum. 2. Perusina decisio. 19. numer. 17. Nihilominus eiusmodi conjecturæ, sicuti in dictis locis notatur, omnino probabiles, perspicuae & concludentes esse debent; Evidentissimas igitur vt afferant aduersarij necesse erit, quandoquidem id, quod sua voce dilucidè protestati sunt, in eidem casum infirmare, & testimonio proprio resistere nitantur, quod non nisi per apertissima rerum argu-

menta

menta concedendum illis erit. l. generaliter. C. de non num. pec.

F R I G I D I S S I M E autem ita argumentantur, cum maritus D. Magdalene, amplissimus modò Duuumir huius Reipub. Augustanæ, à fratre suo antè celebratam diuisionem aliquandò audiuerit, sedecim millia aureorum eius vxori & fratribus ipsius à Iohanne Honoldo legata esse: Indè colligi, quod non ignorarit, inter paterna & materna bona etiam hanc legatam pecuniā diuidi, quæ quidem illatio falsa est, sicuti deprehenditur, primò ex aduersarij confessione, deinde ex instrumento diuisionis, quod

519. de parentum tantum hæreditate loquitur. Actum † enim in dubio id solum intelligitur, quod verba demonstrant. l. sicut. §. si debitor. 2. ff. quibus mod. pig. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. cum similibus. Nec verisimile est, quod parentum bona appellare voluissent, quæ sciuissent propria diuidentium, & ex testamento patrui, non ex successione parentum ipsis communia esse, & sic verba fecisse,

520. à quibus mens dissonaret, cum tamen nemo † præsumatur id dicere, quod mente nō cogitauit. l. Labeo. ff. de suppell.

521. leg. Nam verba † sunt eorum, quæ sunt in animo passionum notæ, vt Bal. ex Aristot. dicit in l. i. §. vbi autem. colum. vlt. versic. nota ex text. C. de caduc. toll. Socyn. con. 7. vol. 1. & con. 10. colum. 1. vol. 1. Quandoquidem nullum est mentis nostræ maius testimonium, quam qualitas inspectaverborum. ita Bald. ex Cassiodoro in d. l. generaliter. in l. not. C. de non num. pec. atquè alibi sxpè, & Alexand. consil. 52. col. 2. vol. 4. Cicero quoquè inquit in l. de legib. orationem esse mentis interpretem.

A V D I V I T equidem clarissimus Duuumir, quem honoris & amplitudinis causa nomino, patruum vxoris suæ, sedecim

sedecim millia aureorum, socero & eius filiis legasse, Verum an, & sub quarestituendi conditione, id planè ei ignotum fuit, nec eius rei querendæ causam habebat, cùm verisimiliter crederet, legatam eam pecuniam à morte testatoris cum Soceri bonis confusam esse, quod ipsum quocè, cautiones & instrumenta obligationum desuper confecta, & in nomen Soceri Sebastiani concepta, præ se fe-rebant.

**Q**uod autem parum referre putant aduersarij, an D. Magdalena cum coniuge suo ipsum testamentum viderint, & vim atquè effectum ipsius substitutionis fideicommissariæ probè intellexerint, sed sufficiat in genere testamenti notitiam habuisse, certè loquuntur contra expressos textus in d.l.de his.& d.l.non est ferendus. ff. de transact. Nec ipsis suffragatur dictum Ruini consil. 156. numer. 6. vol. 3. quod solum pro tuitione erroneè istius assertionis in triplicis suis, omni alia autoritate destituti, allegant. Fatetur enim ibi Ruinus, sibi obstante gloss. & dd. in l.tres fratres. ff. de pactis.

**§ 22.** vbi communiter † traditur, non trahi pactum generale ad ea, quæ dependent ex testamento, ait autem fideicommissum in casu suo non fuisse remissum solum, & duntaxat propter verba generalia, sed etiam ex eo, quia remittendo quod est maioris præiudicij, intelligatur voluisse remittere id, quod minus præiudicat. arg. l.si quis mihi bona. §. quod si mandauerit. verf. non aliter. ff. de adq. hær.

**§ 23.** VERA autem aliâs & communis est opinio, † quòd sola scientia fideicommissi vel testameti ad validitatem renunciationis non sufficiat, vt testatur D. Gail. d. obseru. 139. numero. 4. lib. 2. quia scientia alicuius rei sola non prodest,

**§ 24.** † nisi eius modus & qualitates sciantur. gloss. & Io. Andr. in c. concertationi. in verb. sciuerit, & ibi Gem. & Franc. de appell. in 6. Bald. in auth. hodie. C. de appella. in l. is qui. C. de lib.

de lib. caus. Angel. in l. à sententia. §. fin. de appellat. in l. l. §. biduum. ff. quandò appell. sit. Roman. consi. 343. colum. fin. Felyn. in c. quod ad consultationem. colum. fin. de re iud. Dec. in c. nam concupiscentia. lect. 2. in fin. de constit. Afflict. deiure proth. in verbo, vt inf. 30. dies, col. 2. & ibi Bald. col. penul. Alexan. con. 114. vol. 1. Tiraq. copiosè de retract. municip. §. 36. gloss. 2. numer. 30. & in ll. connubialib. gloss. 8. num. 183.

**I**mō quandò fideicommissum aliquod dubiæ est quæstionis (quale hoc esse volunt aduersarij) tunc renunciatio

**§ 25.** † generalis ad tale ius dubium non extenditur. per text. in l. ultima. §. fin autem nescius & dubitans. C. de fur. quem ad hoc notat Bart. ibi, & negat se alibi legisse. & Angel. ibi, ad hoc allegat. l. produbietate. C. de cond. indeb. vbi dubitanti

**§ 26.** sicuti ignorantis datur repetitio indeb. Nam dubitans † scire non dicitur. gloss. in l. de statu. ff. de testamen: Hinc est quod

**§ 27.** dicitur, † errorem iuris dubij æquipollere errori facti, Curt. Iun. consil. 27. numer. 8. de quo est textus in c. cum dilectus. versi. cæterum. ext. de consuetudine. & copiosè hanc regulam, quòd error iuris dubij, similis sit errori facti, explicat Pynellus in l. 2. parte 2. cap. 4. num. 40. C. de rescind. vendit. & Couar. de sponsal. in 2. parte. cap. 8. §. 1. numer. 9. Quia eius, quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur. not. Bald. in l. scire leges. ff. de legibus. Socyn. in l. in ambiguo. numer. 3. ff. de reb. dub. Prætus consil. 3. numer. 16. Decius consil. 180.

**A**DEO etiam procedit id, quod iam dictum est, scilicet. renunciationem non trahi ad ignorata, & de quibus dubi-

**§ 28.** tariposse, vt etiam verum sit, si constet † quòd quis remitteret, si ea sciret haud dubiè sibi competere, per gloss. sing. in l. Pomponius scribit. in verbo probauero, in fine. ff. de neg. gest. quam ad hoc annotat & dicit singularem Bald. in

g sua

sua margarita. in verbo renunciatio. colum. i. sicuti refert Tiraq. in d.l. si vñquām. in præfatione. nu. 99. in fine.

V L T I M O adiiciunt aduersarij, testamentum, de quo agimus, in hæreditate Sebastiani inuentum esse, igitur cōisci, quod D. Magdalena vel eius coniunx tenorem eius perlegerint, & verba fideicommissi intellexerint. Sed contrarium firmat Bart. & cæteri dd. in d. §. duo fratres. q. 3. nempè si tales essent hæredes, qui etiam ab intestato succedere potuerunt, non tamen præsumi, scientiam testamenti, eo tempore cum diuiderent, habuisse. Ita Rom. con. 403. num. 14. Dec. con. 495. col. 4. Bellon. con. 19. num. 10. Pedem. decis. 73. num. 6. Socyn. Iun. con. 128. numer. 116. & 123. vol. 1. & alij. Nec distinguunt, an testamētum inter res hæreditarias fuerit, nec ne, sed an hæredes legata, & fideicomissa ex testamento persoluerint; Ripa num. 2. Riminaldi con. 447. nu. 29. Cuius contrarium hīc constat, & quod pecuniam illam non tanquam legatariam, sed tanquam ex hæreditate parentum & ab intestato obuenientem diuiserint.

M A R C V S quidem frater testamentum illud inter cæteras patris sui scripturas, & monumenta literaria inuentum penes se retinuit, quod demum, cum ex Rudolphinæ legato controuersia nasceretur, in lucem prodiit, & D. Magdalena ius fideicommissi, quod in hoc legato habebat, detexit. Illegitima itaque est præsumptio, quam postremò adsuunt, videri retrò & tempore etiā diuisionis D. Magdalena & eius maritum notitiam testamenti habuisse, apud 529. quos tempore ceptæ litis fuerit: Respondetur enim † de præsenti non præsumi in præteritum. c. si eo tempore. vbi not. de rescrip. in 6. & in clemen. literas. tit. eo. maximè in materia scientiæ. Nam qui hodiè doctus est, non præsumitur antè multos annos itidem doctus fuisse. Alciatus in reg. 2. præsumptionum. cap. 26. Quamuis enim is, qui fideicommissum

missum petit, sine scientia eius id facere non possit; Interim tamen non præsumitur id tempore diuisionis sciuisse, sed ignorasse. d.l. verius. ff. de proba: c. præsumitur de regul. iur. lib. 6. cum concord. & dd. in d. §. duo fratres. in 3. q. Bartoli. Cagnola in l. qui in alterius numer. 12. ff. de reg. iur. vbi di-

530. cit † hanc opinionem esse communem, & Neuiz. consil. 31. numer. 17. & consil. 84. numer. 16. Idem tradit Corn. consil. 268. vol. 3. Eadem opinionem tanquam communem alibi etiam obseruat Bartol. in l. cum hæres. ff. deliber. leg. & in l. tres fratres. in fine. ff. de pactis. & in l. eius qui in prouinc. in s. notab. ff. si cert. pet. vbi Iason numer. 4. dicit esse communem, & ab ea nō recedendum, nec iudicando nec consulendo. Perus. decis. 19. numer. 21. vbi ante numer. 25. ex sententia dd. concluditur, non officere petenti restitutionem fideicommissi, si probetur de eius scientia, nisi simul etiam doceatur, quod tempore diuisionis vel antea, illius notitiam habuerit. Quia, vt scribit Prætus. d. consil. 137. antè numer. 123. perraro hæredes (nisi sint iurisperiti) solent scrutari eiusmodi substitutiones & fideicomissa conditionalia, minimè autem Germani, qui vt plurimum successiones ab intestato præ oculis habent, teste Alciato lib. 4. Parerg. cap. 25.

Q V I N E T I A M , si ignorantia fideicommissi non tam apertè, & ex verbis instrumenti diuisionis, & ipsa confessione aduersariorum probaretur, attamen in dubio † di- 531. uidentem ignorasse fideicommissum, (maximè cum sit pat- ticularē) semper præsumitur. secundūm Io. Andr. in d. add. ad Spec: tit. de testam. §. 1. vers. quid si duobus. gl. 1. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. instit. & Bart. in l. miles ita. §. fin. in fine. ff. de testam. mil. & in l. 1. num. 14. vers. sextum mem- brum. C. de satisd.

STANTE autem hoc præsupposito, vel manifestæ ignorantiæ, vel saltem non probatæ scientiæ, nunquam fideicommissio renūciatum esse videtur, etiam per quascunque clausulas amplissimas, sicuti ipse quoquè Io. Andr. in d. addit. ad Specul. vti iam diximus, hoc admittit, & qui eum sequuntur, quamvis aliâs, vbi scientia fideicommissi & clausulae prægnantes coniunctim adsunt, in contrarium allega-  
 532. ri soleat. Est itaqùe communiter receptum † renunciatio-  
 nem factam cum promissione generali de non contraue-  
 niendo, ratione fideicommissi vel substitutionis cuiuscun-  
 que, aut alterius iuris præsentis seu futuri ex testamento vel  
 ab intestato, non præiudicare fideicommissio conditionali  
 inter ignorantes. Sequuntur enim hanc doctrinam Bartoli  
 in d. §. duo fratres. q. 5. Angel. in d. l. tres fratres. colum. vlti-  
 ma. ff. de paſt. Alexand. consil. 208. numer. 6. & consil. 124.  
 colum. penul. vol. 2. & Socyn. consil. 31. vol. 4. Dec. con. 495.  
 num. 20. versic. postremum. Idem Dec. consil. 287. colum.  
 pen. Gozad. con. 45. numer. 17. Curt. Iun. con. 49. numer. 6.  
 Socyn. Iun. 116. num. 34. & con. 128. num. 114. lib. 1. & con. 98.  
 num. 12. vol. 2. & in con. 20. num. 28. vol. 4. Idem in d. §. duo  
 fratres. num. 121. Beroius con. 130. num. 12. vol. 2. Gabriel. tit.  
 de fideicommiss. num. 20. dum præsupposita scientia tenet  
 partem affirmatiuam, stante verò ignorantia negatiuam.  
 Ruin. consil. 92. num. 24. vol. 3. & consil. 80. numer. 4. vol. 5.  
 Hypp. Riminal. d. con. 204. num. 49. Et Beccius d. con. IIII.  
 num. 13. Musculus in commu. opin. collectis ex Socyno Iu-  
 niore, verbo, Renunciatio. & pulcherrimè Zasius in d. §.  
 duo fratres. nu. 27. Cuius decisionis inter alias, quas ibi po-  
 nit, ratio viua est, quia ignorans consentire non dicitur, vt  
 declarat Bal. & Saly. in l. l. C. cōmodati. Et in totum omnia  
 533. † quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa  
 scientia perfici possunt. l. in totum. ff. de reg. iur.

## OBTINET

OBTINET autem hæc doctrina etiam in fideicom-  
 missis † reciprocis, vt latè ostendit Alexander in d. §. duo  
 fratres. num. 30. & Dec. quoquè in d. con. 86. num. 4. versic.  
 respondendo tamen. Alexand. d. con. 208. lib. 6. Ruin. con.  
 138. col. 2. vol. 2. Bolognet. in d. §. duo fratres. nu. 150. & So-  
 cyn. Iun. con. 20. nu. 28. vol. 4.

Nos autem longè firmorem habemus causam, quàm  
 sit illa, quæ à suprà citatis doctorib. loco casus ponitur: quia  
 nulla hīc legitur renunciatio iuris futuri aut ex fideicom-  
 missio testamentario prouenientis, vndè optimo iure vti  
 possumus dilemmate Zasij in d. §. duo fratres. antè nu. 27.  
 vbi præsupposita etiam scientia fideicommissi egregiè sic  
 535. argumentatur: † Aut isti fratres scientes fideicommissum  
 diuidendo, cogitauerunt de fideicommissio, aut non: Si non  
 cogitauerunt, quod præsumitur per glos. in c. r. tit. Imp. Lo-  
 thar. tunc res est expedita, quia actus agentium non ope-  
 rantur vltra eorum intentionem. l. non omnis. ff. si cert. pet.  
 Si cogitauerunt, & verbis non expresserunt, tunc fidei-  
 commissum non includitur, etiam si decies millies cogitas.  
 536. sent, dupli ratione. Primò, quia cogitatio † animo reten-  
 ta nihil operatur. l. si repetendi. C. de condit. ob. cau. Se-  
 cundò, quia contra quælibet, qui prætendit commodum,  
 537. ex ista diuisione, obiicitur. l. veteribus. ff. de paſt. † quod le-  
 gem apertiùs non descripserat. l. stipulatio. §. in stipulatio-  
 nibus. ff. de verb. oblig. Hæc Zasius.

HIS C E tam perspicuis, vtriq; quæstioni, quas aduer-  
 farij in triplicis suis principales in hac materia esse volunt,  
 abundè satisfactum est,

PRIMO, an pacta diuisia etiam ratione legatae & re-  
 stitutioni obnoxiae pecuniæ seruanda sint, non obstante  
 quod sub falsa appellatione paternorū & maternorum bo-  
 norum, diuisa fuerit,

**S E C V N D O**, an per clausulas instrumenti diuisionis ita derogatum sit fideicommissio, vt petitio eius simul cum pactis diuisoriis stare & locum habere non possit. Ethic est verus status causæ; Prior enim quæstio non est propria & § 38. proxima, quæ semper assumi debet, vti docet Galesius Massa d. cap. 3. nu. 33. lib. 3. de exercit. iurisperit.

H A N C autem posteriorem & propriam ita resolvimus; Nec ex pæctorum verbis, nec ex mente diuidentium fideicommissio derogatum esse: Non ex verbis, quia appellatione hæreditatis paternæ & maternæ, cui renunciatum est, fideicommissum non venit. I. si Titius. 96. ff. de leg. 3. quod in terminis nostris tradit Corn. consil. 94. numero 5. & 6. vol. 4. Vnde apparet, veram hanc & proximam decidendæ istius quæstionis causam esse, quia legata pecunia hæreditaria parentum non fuetit, igitur male istam nostram rationem ab aduersariis tanquam impropriam in trīplicis suis reiici; cùm tamen eandem tanquam veram & concludentem in eodem proposito afferant, præter Corn. d. consil. 94. etiam Dec. consil. 551. Hieron. Gabriel: consil. 60. Tib. Dec. d. consil. 52. num. 7. & 26. vol. 1. & D. VVesenbecius consil. 74. num. 68.

**S E D** nec ex mente diuidentium fideicommissum ab oīlitum fuit, tum quia de iure futuro clausulæ instrumenti nihil cantant, tum vel maximè, quia de scientia eius nihil probatur, immo cōtrarium docetur, sed intentio renunciantis non potuit complecti id, quod renuncians sibi competere ignorauit. D. VVesenbecius d. con. 74. nu. 64. l. mater decedens. versic. Nec enim &c. ff. de inoff. testam. l. si quis absens. §. longè minùs, ff. de actio: & obl. cum aliis suprānum, § 5. adductis,

SED

SE D etiam ad hanc alteram rationem, sumptā ex ignorantia fideicommissi, & sic propriè excludentem omnes coniecturas, quæ ex mente diuidentium de remittendo fideicommissio vnquam excogitari possunt, non multū respiciendum esse contendunt aduersarij; quasi dicant, iudicem clausis oculis iudicare debere. Verū inuertant & substituant status causæ, prout ipsis videbitur, denique mutant quadrata rotundis, cum ex superioribus constet; remissionem fideicommissi nec ex verbis, nec ex mente diuidentium pactis diuisioni adiectis includi, facilè vnicuique apparebit, superuacaneam esse illam aliam quæstionem, quam primam esse volunt; An pacta seruari debeant: obliiti enim ordinis in constituendo statu causæ, grauiter errant, vti demonstrat Galesius loco citato. nume. 42. Cùm § 40. longè prior & propior sit indagatio; an fideicommissum & eius remissio pactis comprehendatur, quam illa altera, an pacta seruanda sint. Semper enim quæstio an sit, præ § 41. cedit aliam, qualis sit, quandoquidem qualitas & sine subiecto consistere non potest. I. eius qui. §. quod si stipulatus. ff. si cert. pet. & notat Angel. per illum text. in l. nec ullam. §. si quis absens. ff. de pet. hæred. & Aretin. in l. Pomponius. §. fin. ybi simil. text. ff. deadq. poss. & ibi Alexand. in 3. notab.

A T inquiunt negari non posse, quin legata isthæc pecunia re ipsa in diuisionem hæreditatis parentum venerit: itaq; etiam pactis desuper confessis inclusam videri. Quod § 42. falsum est; Nam diuisio & assignatio portionis, & ex sui natura nullam remissionem inducit. d. l. cum pater. §. hæreditatem. 2. ff. de leg. 2. cum aliis suprànum. deductis. Sed potius alio modo, nempè vel ex verbis, vel ex mente à verbis pæctorum collecta probari debet, sicuti fatetur Cephal. con. 253. num. 15.

DE INDE

DE INDE errore quoquè (sicuti aduersarij non negant) & tanquam res hæreditaria parentum diuisa est pecunia illa fideicommissaria, vndè nullum effectum habet. d.l. cum falsa. ff. de iuris & facti ign. & absurdè ad nostrum propositum ex aduerso allegatur, quòd falsa ipsius nominis appellatio seu demonstratio non vitiet. l. Quintus Mutilius. ff. de aur. & arg. leg. l. falsa demonstratio. ff. de cond. & 543. demonstrat, cum similibus. Nam licet error nominis & demonstratiui, modò de corpore constet, id quod gestum est, non immutet. l. si aliquam rem, & l. si me in vacuam, ff. de 544. adq. poss. attamē ex falsa causa & certum est vitiari omnem actum. l. si per errorem. ff. de iur. omn. iud. l. C. de cond. indeb. l. 2. §. 1. de iudi. l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. Bartol. in d.l. demonstratio falsa. §. quod autem. col. vlt. versic. sextò quæro. & per Bald. in l. nec apud. C. de hæred. instit. & in rubrica. C. de const. pecun. in r. col. & not. Paul. in l. ultima. §. idem quæsit. ff. de cond. inde. vbi dicit se consu. iuisse. per illum text. quòd cùm aliqui fratres inter se diuisissent bona fratri præmortui, & promisissent in plena forma obseruare, & non contrauenire, & posteà apparuit bona diuisa tantum spectare ad alterum fratrem vtroquè latere coniunctum, concludit, illam diuisionem factam per errorem, debere retractari, non obstante promissione de non contraueniendo. & ad hoc facit textus. in l. cum putarem. ff. fami. erci. vbi diuisio facta per errorem cum aliquo tanquam cohærede, qui non erat, cognito errore reuocatur. ad idem text. in l. si post diuisionem. C. de iur. & facti ign. vbi diuisio & facta prætextu testamenti, quod putabatur valere, si posteà appareat de nullitate testamenti, ab intestato succeditur, & illa diuisio retractatur, & tradit Alex. in con. 168. in princip. lib. 5.

ISTA

ISTA ex Decio con. 600. transscribere placuit, cùm rem acutangat. Adde autem in proposito D. Menochium con. 105. ad finem. & latissimè eundem consil. 91. num. 40. vbi complures allegat, qui in terminis nostris concludunt, 546. diuisionem & vitiari ob falsam & erroneam causam adie. Etiam scilicet Bald. con. 386. vol. 1. Castrenf. con. 123. num. 5. lib. 2. Anchar. consil. 291. num. 3. Alex. in l. siforor. in fine. & ibi Dec. in 2. notab. C. de colla: Dec. consil. 408. nume. 1. & consil. 525. num. 5. Socyn. Iun. consil. 48. num. 42. & consil. 128. nu. 121. lib. 1. Crauetra con. 26. in fine. con. 188. nu. 9. con. 221. num. 8.

His consequens est, nihil fieri contra pacta diuisionis, dum fideicommissum petitur: ratio apparet, quia illis non includitur. Ad quod argumentum responderi non posse, scribit Castrenf. in d. §. duo fratres. & commendat Zasius ibi num. 25. in octaua ratione. Bartol. in 2. q. Io. de Anania consil. 29. num. 9. Iacobus de Puteo inter cons. vlt. vol. consil. 107. num. 35. Tib. Dec. d. consil. 52. num. 26. & consil. 3. num. 113. vol. 1. Prætus consil. 137. num. 137. Iason licet loquatur de feudo in Authen. vndè si parens. nume. 7. C. de inoff. testam. & Bartol. in l. item videndum. §. fin. ff. de petit. hæred. Alber. in l. tres fratres. ff. de pactis. eleganter D. VVesenbechus in d. consil. 74. num. 80. Communis ratio 547. decidendi in eo cōsistit, quòd is, qui aliquid petit, nō tanquam ex ea hæreditate, quæ diuisa est, sed ex alio iure, non videatur contra pacta facere. Ita Bartol. in d. l. fin. in fine. & Gabriel: con. 60.

Vnde etiam de euictione non tenetur, ad quam alioquin diuidentes in casu, vbi nihil de ea expressum fuisset, in uicem obligantur. l. si fratres. C. com. vtriusque iud. Quia 548. h. regula

- § 48. regula t̄l. vendicantem. ff. de cuiusq; non est potens ad tollendum fideicommissum secundūm Bartol. & dd. in d. §.
- § 49. duo fratres. in 2. q. Ratio adfertur, quia vbi res t̄euincitur ex facto communis authoris, vel ex natura ipsius rei, dicta t̄l. vendicantem, non procedit, vt volunt Cyn. Bartol. Bald. Castrēns. & Salyc. in l. familiæ. post glos. communiter ibi approbatam. C. famil. erciscundæ. Gratus con. 29, num. 37. vol. 2. Hic autem ex natura rei, quæ fideicommissaria est, & ex præordinatione communis authoris, id est, testatoris legatum euincitur, cui soli hoc diuidentes acceptum ferre possunt. Igitur nō videntur de hoc casu promisisse, nisi specialiter eum pactis incluserint, quod h̄c non est factum. Ita Iason in d. §. duo fratres. num. 35. Ripa nume. 43. & Paul. Leon. num. 298. & num. 413. per l. fundum meum. ff. de cuiusq; l. licet placeat. ff. de dote præl. & l. si à me. ff. ad l. Falcid. latè Phanuccius. de Inuentario. hær. parte 7. nu. 203.

**Q**UARE cùm omnes hæ clausulæ ad ea, quæ ex diuisa parentum hæreditate dependentiam haberent, nominatim restrictæ legantur, itaq; non obstant quæ D. VVesenbe-  
cius con. 94. sub nu. 70. & 72. cōtra nos adducit, vbi præsupponit diuidentes specialibus pactis, & ex aliis quoq; causis, quæm hæreditatis parentū, se ad inuicem obligare voluisse, vndē legatæ pecuniæ natura diuisionis pacto alterata sit. Sed pars aduersaria male hæc ei suggerit; Tenor enim patrōrum ad hoc reclamat, vt inquit Imp. in l. sancimus. C. de fideiuss. Itaq; veriora sunt, & nostro casui omnino cōgruen-  
tia, quæ in con. 52. & con. 74. egregiè determinat.

**N**O n̄ obstat etiam, quòd hisce pactis reseruatio iuris succedendi inuicem ab intestato in fine annexa sit, quasi

§ 50. per reseruationem t̄ & inclusionem vnius iuris, omnes alia-

viæ succedendi in hoc legato exclusæ & renunciatæ esse vi- deantur. l. cum prætor. ff. de Iud. l. maritus. C. de procur. & l. quamuis. C. de pignor. cum similibus, sicuti in specie vi- detur decidere Crotus in d. §. duo fratres. nume. 95. versic. alia tamen ratione &c. quem ad hoc citat Gabriel: tit. de fi- deicommiss. concl. 1. num. 40.

**P R I M A** enim posset esse responsio, quòd argumen-  
§ 51. tum ab inclusione vnius, ad exclusionem alterius t̄proce-  
dat tantum in legis dispositione, non autem hominis, vt per  
Bartol. in l. paterfam. & ibi Imol. col. penult. versic. nec ob-  
stat quod habetur. ff. de hær. instit.

**A L T E R A** autem responsio est irrefragabilis; Conce-  
§ 52. dimus enim reseruationem successionis t̄ ab intestato ha-  
bere vim exceptionis à regula generali, vt tradit Bart. & alij.  
in l. si quis legauerit. ff. de leg. 1. & quòd restringat generali-  
tatem verborum præcedentium. glos. in l. idem Labeo. in  
verbo, si purè ff. fam. ercisc. & tradunt Barto. Aret. Alex. &  
alij. in l. si ex toto. §. 1. ff. deleg. 1. Attamen exceptio hoc non

§ 53. potest efficere, t̄ quòd verba generalia præcedentia plenio-  
rem habeant significationem, quæm si talis reseruatio non  
esset apposita, per text. notab. in l. generali, §. vxori. ff. de  
vñfr. leg. l. Lucius. §. pluribus. ff. ad Trebell. Cùm itaq; ex  
superioribus clarè pateat, reseruationem omnium actio-  
num & petitionum, quæ ex hæreditate parentum origi-  
nem habere possunt, fideicommisso descendenti ex testa-  
mento patrui, atq; eius petitioni nihil præiudicare. d. l. tres  
fratres. ff. de transactio: & l. si de certa. C. eo. l. Paula Calli-  
nico. ff. deleg. 3. cū aliis suprà nu. 501. copiosè allegatis, se-  
quitur ergò quòd per hanc reseruationem, vis & efficacia  
pacti illius aucta & amplificata non sit, scilicet vt includat  
etiam remissionem fideicommissi, quæ aliás sub generalitate

illorum verborum non comprehendebatur, sicuti fatetur ipse Crotus in d. §. duo fratres. nu. 95. prout etiam dd. hanc solutionem tanquam fortissimam variis casibus accommodant Aret. con. 8. ad finem. Rom. con. 498. num. 22. vbi Mandos. Alex. con. 28. num. 11. vbi Molin. lib. 1. Ruin. con. 127. nu. 7. lib. 4. & con. 60. num. 11. lib. 5. Paris. con. 33. nume. 56. lib. 3. Crauetta consl. 289. num. 3. vers. secundo respondeo. Hypp. Rimin. con. 19. num. 68. Zanchius in l. hæredes mei. §. cum ita. parte 3. num. 27. & num. 39. versic. tum verò ff. ad Trebell. Exceptio enim nō debet regulam ampliare, cùm adiiciatur restringendæ regulæ gratia. l. legata inutiliter. ff. de leg. l. quod fauore. ff. de legibus. Beccius d. consil. IIII. numero 37.

554. IT EM argumentum à contrario † sensu, quale est, quod ab inclusione ad exclusionem sumitur, non potest extenderē dispositionem ultra id, quod præcise & expressè in sensu directo continetur: quia per istud argumentum cessat duntaxat illud, quod in sensu directo disponitur, prout ele- ganter determinat Anton, de Butrio, in c. cum Apostolica, in vlt. not. extrā de his quæ fiunt à præl. sine con. cap. quem sequitur Dec. in l. 1. nu. 38. & 53. ff. de off. eius &c. & in con. 216. col. fin. 'con. 364. per totum. con. 386. col. 2. sed in sensu directo pacta præcedentia de non petendo, loquuntur tan- tū occasione paternæ & maternæ hæreditatis. Itaque in- clusio sequens nō excludit alias causas petendi, quam illas, quæ in sensu directo ibi remouebantur. Nec potest induce-

555. renouam † dispositionem, quam priora pacta non indu- cunt, secundūm Dec. & alios in d. l. 1. sed relinquunt inter- pretationi iuris communis, quo fideicomissa in renúcia- tionē hæreditatis ab intestato non comprehenduntur. d. l. tres fratres. d. l. si Titius 96. ff. de leg. 3.

D E N I Q V E reseruatio illa annexa est superioribus per particulam, tamen, doch / quæ est aduersatiua. l. quid tam- men. ff. de arbitris. l. iam tamen. ff. iud. solui. l. ita tamen. ff. ad Trebell. Bartol. in l. r. num. 4. ff. si quis ius dic. non ob- 556. temp. † igitur indicat terminorum & qualitatum similitu- dinem. l. r. ff. de reb. dub. Alexand. in l. filius à patre. num. 6. ff. de lib. & postlib. cum aliis concordantiis suprà numer. 343. cumulatis. In vtraquè igitur parte aduersatiua, scilicet in prima de delata iam, in secundo verò de deferenda hæ- ditate ab intestato, actum fuisse constat. Nec ad alias & di- uersas successiones testamentarias talis oratio aduersatiua trahi debet. Alexand. consl. 117. num. 18. vol. 6. Socyn. Iun. con. 83. numer. 15. vol. 1. Et in eiusmodi facti specie Crotus in d. §. duo fratres. nume. 95. nempè, vbi pares sunt termi- ni, à reseruatione ynius fideicomissi ad remissionem alte- rius argumentatur.

Q V A M denique limitationem suam Crotus non ali- ter fundat, quam ex regula. l. vnicæ. §. sin autem ad deficien- tis. C. de cad. toll. quasi facile fuisse renuncianti, etiam pa- ternum fideicomissum sibi reseruare, sicuti de aucto ex- ceperat: sed hæc ratio argumentandi in nostro casu non in- uenit locum, quandoquidem diuidentibus ignotum fuisse hoc fideicomissum, suprà numer. 478. probauimus'. Ne-

557. gligentia † autem non potest cadere in ignorantem. l. 1. in fin. C. de anna. excep. l. annus. ff. de calum. l. 2. ff. quis ordo in bon. poss. seru. l. vlt. ff. de decre. ab ord. fa. l. quinquagin- ta. vbi no. ff. de excus. tut. ignorans enim non potest dici ne- gligens, vt inquit text. in cap. quia diuersitatem. de con- cess. præbend. quem ad hoc ponderat Abb. in cap. r. in fin. de præscrip. & Castren. con. 88. videtur dicendum. num. 2. vol. 2.

**Q**UORVM autem pertineat ultima aduersariorum obiectio, ego ferè non video, dum contendunt acceptam dotem (quam Sebastianus pater pro filia sua D. Magdalena genero dederat) post mortem patris in diuisione hæreditaria ex legata pecunia sedecim millium aureorum haec tenus deductam fuisse, quoquè Marcus frater nuptiis adhuc non copulatus, tantundem acciperet. Quare cùm malè prospectum fuisse marito D. Magdalena, si dos soluta ex pecunia legataria post mortem vxoris potuisset ex causa fideicommissaria ab eo repeti, cuius tamen lucrum vigore pactorum dotalium ipsi cedebat, Itaque præsumptum videri, hanc fuisse intentionem diuidentium, ut extincta fideicommissi petitione, unaquæque pars omne id, quod ex diuisione accepisset, firmo iure pro se & hæredibus suis retineret.

**E**ADEM autem ratione & conjecturandi audacia possemus assequi, quod asinus volaret, sicuti de consiliis Cornei retulisse Ruinum in l. i. numer. 107. ff. sol. matr. dicit Zanchus in l. hæredes mei. §. cum ita. parte. 3. post num. 71. ff. ad Trebellian. Quæ enim potuit esse cogitatio eius, quid propter fideicommissum prius vel posterius continget, quod relictum esse partes ignorarent, quareferendus tamen non est, qui de eorum intentione & consensu conjecturas comminiscitur. l. si per errorem. ff. de Iurisd. om. iud. Quoniam omnis præsumptio originem habere debet ex primordio aliquo naturali, ut not. in l. r. §. si quis ita. & in l. sciendum. vbi plenè Io. Bolognetus. ff. de verb. oblig. & idem in cons. pro Triuultiis. num. 122.

**D**EINDE Sebastianus pater cùm genero suo dotem polliceretur, non speciem, sed genus promisit. l. inter stipu-

stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. quare cùm eam post mortem ipsius reciperet ex Soceri bonis, non ex fideicommisso capere credidit, vnde nihil sibi præiudicauit, d. l.

**§ 59.** cum falsa. ff. de iur. & facti ignor. Imò si iuris tamen quoquè errore ductus, cum sororio suo Marco aliquid communicasset, quod proprium vxoris fuisse, longoq; tempore in eodem errore persistisset, non ideo peremptam videri petitionem fideicommissi respondit Papinianus in l. quæ fideicommissa 79. ff. de leg. 2.

**N**EC detrahit quicquam huic petitioni, quod diuidentes alienationem earum rerum, quæ unusquisque in diuisione accepisset, inuicem sibi permiserint, & exinde Marcus maiorem partem pecuniæ legatae pactis dotalibus in vxorem alienauerit, reliquo ferè omni, vti singunt, consumpto. Quamuis enim multi teneant ex eiusmodi concessio-

**§ 60.** ne tamen alienandi, renunciatum fideicommisso videri, quos allegat Gabriel: titul. de fideicommiss. conclus. r. numer. 30. & latè deducit Crauetta consi. 24. alij tamen docent, huius-

**§ 61.** modi consensum nihil obstare, tamen saltem præmium & æstimatio ex fideicommisso recte peti possit. l. si fundum per fideicommiss. ff. de leg. r. l. si domus. ff. de seruit. vrb. prædior. & pro ista opinione facit gloss. in l. peto. §. præmium. in gloss. fin. ff. de legat. r. Ita etiam in eodem casu contra Crauettam consuluit Alciatus con. 539. vbi in fine dicit, se semper ita tamen consulendo, quam legendo tenuisse. Verum quicquid sit de ea quæstione, ratio illius decisionis nulla est alia.

**§ 62.** quam illa, quod consentiens tamen venditioni seu alienationi videatur perdere iura sua per talen consensum. l. si seruus communis. ff. de don. inter vir. & vxori. l. apud Celsum. §. quæstitum. ff. de exce. dol. l. si fideiussor. §. pater. ff. de fideiuss. l. omnibus. §. nihil. ff. de leg. r. l. Codicillis. §. insulam. ff. de leg. 2.

leg.2.l.mater. C.de rei ven.l.2.C.de remis.pig. Verùm ratio illalocum tantum habet, si fundus seu species aliqua per fideicommissum relinquitur, sed longè aliud est, si quantitas in fideicommissio est, cuius vsus alius ferè esse non potest, nisi vt assidua permutatione alienetur, itaqùe diuidentes, dum sibi inuicem alienationem pecuniæ fideicommisso obnoxia, permittunt, non hoc agunt vt fideicommissum perimitur, sed vt euueniente conditione tanta pecunia fideicommissario restituatur. §. constituitur.instit.de vsufructu. Et quamvis aliâs res minoris † sine decreto alienari non possint, toto tit. ff. de reb. eorum &c. tamen in alienatione pecuniæ pupillaris vel minorum nullo decreto opus est. ita Bartol. in consil. 70. num. 2. quem communiter dd. sequuntur. Dec. in l. si filius fam. num. 5. ff. si cert. pet. Pinellus in l. r. parte. 2. numer. 43. C.de bonis quæ liberis &c. Non aduersatur etiam, quod diuidentes nullam cautionem exegerint, sicuti requirit Senatusconsultum d. §. constituitur. & l. r. C.de vsufr. & habitatione; quandoquidem, vti s̄pè iam dictum est, ignorarent fideicommissum adesse, deinde talis cautio tacite remitti potest, nec propterea fideicommisso renunciatur. gl. in d. §. constituitur. verbo satisfdet, & in d. l. r. verbo cautione. C.de vsufr. & habitat:

Quo d autem adiiciunt, Marcum hanc fideicommissariam pecuniam partim in vxorem alienasse; reliquam autem consumpsisse; falsum & fictitium est, aduersarij enim sub prætextu huius figmenti (quasi Marcus non tantum in bonis reliquerit, vt adiudicata ista pecunia viðtrici D. Magdalena exsolui possit) per 14. integros ferè annos executionem rei iudicatae frustrati sunt, dum librum quendam promunt, in quo Marcum omnes suas facultates propria manu annotasse ferunt: Attamen is liber integer postea repertus

pertus non est, sed suppletus à curatoribus liberorum Marci, prout ipsis ex vsu huius litis magis commodum videbatur. Quod cōmentum posteā detectum est ex instrumento diuisionis inter liberos & matrem celebrat. Nam ibi specificè omnes facultates vtriusqùe coniugum, quæ in nominibus ferè erant, enumerantur, ac deprehenditur, amborum facultates, exceptis bonis feudalibus, vestibus & suppellestile, circiter biennium post mortem Marci ad 21000. aureos ascendisse, quæ summa inter matrem & liberos hoc pacto diuisa est:

P R I M O, liberi Marci non solùm bona feudalia, sed etiam hanc pecuniam fideicommissariam integrum, idque specificè in hanc causam testamentariam, & sub commemoratione, quod ex relicto quondam Iohannis Honoldi ad ipsos pertineret, præcipuam abstulerunt. Mater verò quinque mille aureos, quos ex hereditate Aui ad maritum detulerat, itidem præcipuos habuit. Supererant autem post exsolutum omne æs alienum, adhuc 6000. aurei, reliqui ex dote & donatione propter nuptias, cuius summæ iuxta consuetudinem Augustanam tres partes sunt factæ, quandoquidem pacta dotalia ita concepta erant, vt altero coniuge relictis liberis obeunte, ratione dotis & donationis propter nuptias consuetudo ciuitatis Augustanae obseruaretur, itaqùe ad tripartitionem ventum est, per quam liberis quater mille, & matri 2000. aurei obuererunt, sicuti hæc omnia in instrumento diuisionis clare habentur. Et nihilominus contra tam manifesta aduersarij, tam in iudicio deducere, quam publico scripto profitari audent, quod omnis pecunia legataria à Marco consumpta fuerit, quod figmentum tam apertum, (cūm eius

